



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



78-28-29

Cs1.1^o Tab. 9^a n^o 213

MICHAELIS MAJERI,
Com. Pal. Med. Doct. &c.
p. m.

TRACTATUS
POSTHUMUS,

sive
ULYSSES;
hoc est:

SAPIENTIA SEU INTELLI-
GENTIA, TANQVAM COELESTIS SCIN-
tilla beatitudinis, quod si in fortuna & corpo-
ris bonis naufragium faciat, ad portum medi-
tationis & patientiae remigio feli-
citer se expediat.

UNA CUM ANNEXIS TRA-
CTATIBUS DE FRATERNITA-
te Rosæ Crucis.



FRANCOFURTI,
Apud LUCAM JENNISIUM,
Anno M. DC. XXIV.



PRÆFATIO AD LECTOREM.

Postquam, amice Lector, hætenus diversis ex locis aliquot Doctorem virorum, ad Dominum Doctorem Majerum, p. m. (quem in vivis adhuc esse certo sibi persuadebant) spectantes litteræ ad me pervenissent: ea propter intermittere non potui, quin, illum ipsum Dominum Doctorem videlicet, Amicum & Favitorem meum honorandum, ANNI M. DC. XXII. tempore æstivo, Magdeburgi naturæ debitum pie persolvissæ, omnes & singulos certiores redderem.

Cum igitur, ipso adhuc vivente, præsens opusculum, Vlyssis nomine inscriptum, ab eodem acceperim, illudque, ob

A 2 parvi-

parvitatē suam, praelo subijcere noluerim: nihilominus tamē cum, uti dictum, aliquot viri doctissimi literas suas, ad D. Majerum exaratas, ad me (ut pote qui, non abs re quidem, credebant, illas ipsas suas literas me hero suo certo transmissurum esse, idque eo magis, quod suorum operū majorem ad partem sumptibus meis imprimi operam dedissem) perferri curassent: operæ pretium me facturum putavi, si, ad meliorem omnium informationem, publicatione hujus sui opusculi mortalem ipsius ex miserâ hacce vitâ egressum testatum facerem. Quasane in re matris alicujus, posthumum aliquem excludentis officio functus sum.

Licet vero, uti dictum, opusculum illud papyri paucitate nimis tenue & parvum sit: nihilominus tamen respectu materie satis magnum, lectuque dignum est, idque eo magis, quod demortuus ille

Do-

Dominus Doctor Majerus, p.m. antebac duobus in opusculis, quorum unum, Silentium post clamores, alterum Themidē auream inscripsit, Rosæ Crucis fratres defenderint, quæ etiam opuscula hætenus, ab istiusmodi rerum cupidis lectoribus non secus, quam cetera illius scripta, quæ omnia a vide expetita & emptæ sunt. Itaque partim ex amore, erga proximum meum, Christiano, & simul politico, omnibus pro virili inserviendi desiderio (præsertim cum cognoverim, quod etiam exteræ nationes de fraternâ istâ societate jam primum majori studio inquirere incipiant) intermittere nec potui, nec volui, quin res istas hisce simul conjungerem Colloquium Rhodo-Stauroticum (in quo cunctis de rebus Fraternitatem cõcernentibus tractatur) & ad illud pertinens Echo. Quæ cum nullâ aliâ, quam in vernaculâ (uti

quidem recordor) typis impressa viderim, ea propter illa, in tui benevoli Lectoris gratiam, in Romanam linguam transferri curavi. Quo de meo instituto & jam pro lubitu tuo nunc ipse judicare poteris. Pro meâ tamen persona commemorata ista opuscula non adeo inconcinna mihi videntur, præsertim autem Echo. An vero à Fraternitate forsitan suam trahat originem, vel saltim figmentum, & scriptum vexatorium sit, quorum similia multa hætenus sunt edita illud ipsum cujusvis nunc relinquo judicio.

Equidẽ inficias nemo ire poterit, tertia nũc vice ab ipsis revelatum terminũ, hocce Anno M. DC. XXIV. 24. Jan. (secundum Tractatum, Prodrorum Rhodo-stauroticum, quem falsum scriptum esse judico.) finem suum fuisse affectum, & nihilominus tamen (dicere quis possit) nihil eorum adhuc manifestatum

statum est. Ad illud respondetur. Quod, cum annus nondum omnino elapsus sit, iccirco, ante totalem istius consummationem, forsitan adhuc aliquid revelari possit. Ubi tamen interim unicuique liberum relictum est, ut vel speret, aut sperare desinat. Vtrumque pro suo lubitu. Primum cum scriptum exstet: spes confundi non patitur. Partim cum, juxta tritum Germanorum Proverbium, sperare & desiderare multos fatuos efficiant.

Quoniam etiam, per amice Lector, mox ab initio Domini Doctoris Majeri aliquoties mentionem fecimus, forsitan libenter scires, an videlicet ille ipse Doctor Majerus, tanquam dictæ Fraternitatis Rosæ Crucis Defensor, adhuc ante suum ex mortali hacce vitâ digressum, in ordinem istum receptus fuerit? Ad hoc me illud nescire, respondeo. Hoc tamen minime ignoro, quomodo videlicet

A 4 ad

ad extremum cum ipso quodammodo comparatum fuerit.

Etiam si autem in Rosæ Crucis Fratrum societatem forsitan non receptus sit, ipsum tamen Religionis Christianæ, vel Regni Christi Fratrem fuisse, notum est. Cujusmodi Fratres multos novi, qui vero Christianismo majorem sane operam impenderunt, quam hodierno tempore multi alij, qui optimos & probissimos sese credunt, & tamen adhuc ignorant, quid videlicet sit verus Christianus, aut quomodo comparatus esse debeat: sed satis esse opinantur, si Christum, vel fidem Christianam saltem assidue in ore circumferant, & fortassis templum sedulo frequentent. Illam tamen (fidem scilicet Christianam, quâ de gloriatur) erga proximum charitate Christiana demonstrare minime necessarium judicât. Cum opulento adolescente in Evangelio
de

de lege gloriantur , & tamen adhuc nesciunt (vel scire nolunt) quid (Evangelium videlicet) à nobis requirat. Deum sese diligere dicunt , quem tamen oculis suis minime comprehendunt , & in proximo suo minus testatum faciunt , quem quotidie intuentur , & assidue cum eodem conversantur. Ipsorum igitur gloriatio purum putum figmentum , falsa prætentio , & sanctitas est hypocritica , vel vocabulum proximi nondum exacte intelligere ipsos oportet , quemadmodum ille , qui in Evangelio , quisnam suus esset proximus , interrogabat ? Cujus rei gratia Christus sub Samaritani parabola , ipsum egregie informat. Hisce te DEO commendans. Dabantur Francofurti ad Mœnum.



ULYSSES,

hoc est:

*SAPIENTIA SEV INTEL-
ligentia, tanquam cœlestis scintilla bea-
titudinis, quod si infortunæ & corporis
bonis naufragium faciat, ad portum me-
ditationis & patientiæ remigio
feliciter se expediat.*



Nemo est, me iudice, bea-
tus, nisi sapiens, & ne. 10
infelix, nisi intellectu
dextre non utens, aut in-
sapiens: Nam quæ bona
& mala à fortuna depen-
dent, hominem non definiunt aut ad fi-
nem beatitudinis aut infelicitati non
dirigunt, cum illa mala in bonum, & bo-
na in malum virum transferri possint:
Eadem de corporis accidentibus favo-
rabi-

rabilibus, aut odiosis dicta velim; quod
 nec illa vere felicem, hæc miserum red-
 dant hominem: In potiore hominis par-
 te, mente, situm esse debet, à quo deno-
 minatio ejus beati vel contra petenda
 sit: Quæ mea sententia liceat stoam du-
 riorẽ primo aspectu præ se ferat, veri-
 tati tamen Academicæ neutiquam ad-
 versatur, sed proxime ad eam accedit:
 Hoc etsi paradoxon paradoxotaton ha-
 beri possit, tamen faxo, ut teneris etiam
 auribus non ingratum, nisi fallor, acci-
 dat: Ut autem initio discernatur, qua de
 re mihi sermo sit habendus, hic accura-
 tius eam describam: Quæstio non raro
 se offert, quantum sapientia boni congi-
 liet homini præ mentis ruditate fortu-
 næ & corporis bonis optime stipata;
 hanc mihi definiendam & discutiendam
 summo non quidem oratoriis comendam
 phaleris, sed laconismo mediocri tan-
 gendam: hoc stadium nobis percurren-
 dum calamo ac voce: Ulysses, ut inscri-
 ptio habet, hic aliquatenus exprimam
 qui in omni fortuna quadratus inuen-
 tus, nulla mutabilis aura, nec imbre, nec
 rigore, nec æstu aut periculis. Talis est e-
 nim

nim nunquam non vere sapiens & intelligens : Verum ut Ulyſſeum filum ſequamur, potiſſima ejus dona & facta reſpiciamus, & cum iis Sapienſiæ ſeu intelligentiæ dotes parallelas producemus, hoc eſt in omnibus correfpondere & conſpirare has & illa demonſtrabimus : Fuit autem Ulyſſes homo 1. aſtutiſſimus, 2. facundiſſimus, 3. prudentiſſimus & 4. ingenioliſſimus, vir 5. in bello egregius, 6. in conſiliis dandis expediſſimus 7. laborum & periculorum patientiſſimus: Unde

*Ore hilari, modiceque humiles collectus in
artus*

*Dux Ithacus, prudens conſultum pendere,
gnarus*

Obliquare dolos doctus captare loquendo.

I. *Aſtutia*, ſi abſque dolo ſit, virum ſapientem maxime decet, quippe quæ dolos declinet, nec ſe facile decipi ſinat, hoc eſt, inſidias, pericula, damna & fraudes prævidere debet, & veritate, virtute & pietate avertere & arcere, ne noceant aut captent incautum & imprudentem: Serpentis oculum cum columbino corde geſtet, eo ut acute proſpiciat ſibi de
immi-

imminentibus noxis præcavendis, hos, ut sine felle aut ira refellat & confundat insidiantes hostes: Homo enim intellectu præditus ex præcella specula notare debet casus mortalibus impendentes & ictus præcisos fortunę, ne noceant, rimari, & sic astutiam humanam, non vulpinam, aut deceptoriam exprimere: homo sit astutus, ne circumveniatur ab alio, vulpes astuta est ut circumveniatur alios: sic legimus non raro tyrannos, qui Leonina induti pelle nihil obtinuerint, id vulpina impetrasse: dolus an virtus quis in hoste requirat? II. *Facundia* autem Vlysssem in primis ornavit, à qua commendatur præ reliquis: sic enim in oratione ad Græcos duces habita pro armis Achillis contra Ajacem obtinendis de sese loquitur, ut habet Ovid. libr. 13. *Metamorph.*

*Neve mihi noceat, quod vobis semper
chivi*

*Profuit ingenium, meaque hac facundia,
qua est,*

*O va nunc pro Domino, pro vobis sape lo-
ta est,*

Invidia careat, bona nec sua quisque recuset.

Idem de seipso fatetur quod sapissime
facundia & consiliis plurimum Græcis
profuerit; dum inquit:

*Mittor & Iliacas audax Orator ad arces,
Visaque & intrata est alta mihi curia Troia,
Plenaque adhuc erat illa viris, interritus
egi*

*Quam mihi mandarat communis Græcia
causam,*

*Accusoque Parim pradamque Helenamq;
reposco,*

*Et moveo Priamum, Priamoque Antinora
iunctum:*

*Longa referre mora est, qua consilioque ma-
nuque*

Vtiliter feci spaciosi tempore belli.

Intellectus n. linguæ facundia ad utilita-
tem publicam, quicquid concepit, de-
clarat aliis; & sic longe præelarior dos
est eloquentia, quam astutia: Hæc enim
sibi saltem cavet & individuo prospicit,
illa & sibi & aliis inservit: At omne bo-
num, quo communicabilius, eo majus
est: si sapientissimus hominum mutus
oret, quid illi aut alteri sapientia ejus
pro-

prodesset; si contra stultus & delyrus sit loquacissimus, quid ipsi ad sapientiã cõferret? Non in multiloquio veritas aut sapientia, at in veritate & sapientia facundia elucescit: Facundia itaque est nihil aliud, quam Intellectus loquens; cumque hic nihil nisi quod verum intelligat, nihil nisi quod bonum appetat, hinc facundia nil nisi verum, nisi bonum linguæ beneficio exprimit, & sic in mēdacem aut improbum non cadit, sed in bonum & Philosophum: Sophistæ, qui ex nigro album & contrà facere norunt, facundi non sunt, sed disertis & linguaces, non raro veritati & virtuti adversantes: Sequitur III. *Prudentia Vlyssæa* quæ, ut Ovidius canit,

Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat,

Fumum de patriis posse videre focis:

Est autem prudentia in dictis & factis simul conspicua, ut ita astutiam cum facundia jungat, & ad actum transferat: Nec vero solum convenit sapienti viro bene & astute cogitare, aut facunde eloqui, sed & cogitata & dicta factis exprimere: Prudentia Vlyssis in diversis

cas-

casibus probata est, quorum nonnullos recensebimus: *Primo* prudentiæ signum est, aliquando non sapere videri: sic ipse cum reliquis Græciæ ducibus ad expeditionem Trojanam vocatus simulavit insaniam, ne discederet à patria, conjuge & liberis in militiam, quæ scelerum non raro officina est & palæstra cædis: at cum victus amore liberorum domi manere cogitarat, ex ex Palamedis consilio, ne eum occideret, quem unice amaret filium, prudens inventus & ad Trojam missus est: *Secundo* Achillem agnovit expositis mercibus & ad Trojam duxit: *Tertio* Palladium rapuit & permulta alia prudentiæ singularis effecta in ipsa expeditione edidit: *Quarto* Troja capta cum patriam peteret in Æolia ventos sibi adversantes utri inclusit. *Quinto* in Sicilia Polyphemum occæcavit & sic socios liberavit: *Sexto* in Ææa insula Circe veneficam, ne sibi noceret, molli herba prohibuit, & stricto gladio, ut socios ex bestiis in homines restitueret adiecit: *Septimo* Sirenes navis malo adalligatus præteriit: Nec cætera hic expendamus: *De primo* dubitari possit, an quoq.

viro sapienti conveniat, ut simulet se talem, qualis non est, & dissimulet, qualis est; Si dolus absit, si alterius damnum non prohibeat, proprium autem instans periculum id suadeat, sapiens non esset, si sibi non saperet: Anaxarchi, Calisthenis, Archilochi, Antiphonis Sophistæ nimia linguæ libertas in jugulum eorum rediit, qui si simulare vel dissimulare pro tempore scivissent, non primus Anacreonti Cyprio, alter Alexandro M. tertius Lacedæmoniis, ultimus Dionysio capitales dedissent poenas: Prudētis est non alteri ansam præbere ut inique aut tyrannice agat; multo magis sibi cavere, ne id in se patiatur: Cur igitur non simulet aut dissimulet, absque adulatione & veritatis oppugnatione, pietatis, virtutis & probitatis conservatione? Si pro pietate, patria, & veritate standum est, Quid nō pro propria salute, absque earum violatione? *Secundo* prudentis est, alios simulatores & dissimulatores, si in patriæ & Reipub. emolumentum cedat, deprehendere & bonum publicum omnibus viribus procurare, ut Ulysses, dum Achillem in habitu virgineo latentem ar-

mis virilibus prodidit & ad Troiæ expeditionem, quæ sine illo irrita fuerat, adduxit: Illa Respublica scælix non immerito habetur, in qua, ut Lacom dicebat, senum consilia & iuvenum lanceæ vel arma prævalerent: Cum n. oculus corporis hebescit, intellect⁹ acutius cernit: cum corporis robur decrementum, animi incrementum & acmen patitur: Intellectus n. suas proprias actiones absq; corporeis organis exercet, in senio hominis, ut formica, acquirit alas, quibus totam rerum universitatem sine impedimento pervolat: *Tertio* Prudentia Palladium à Pallade sapientiæ Dea simulachrum dictum ad se rapit, sine quo nec Troja expugnari olim potuit: sine intelligentiæ enim specie nihil in hac vita laudabile perpetrari potest; Ex animo n. vitia expelli & virtus, tanquam Helena rapta postliminio repeti aut obtineri nequeunt, sine intellectus veri operatione: Prudentia est dux hujus vitæ & fax splendida humanarum actionum, sine qua hæ in tenebris, illa in errorib. degeret & delitesceret: Prudentia est forū Intellectus patietis & praxis rōis & discursuū: Pruden-

tia & linguæ frenum , affectuumque repagulum: *Quarto* ut Vlysses sibi ventos adversos utri inclusit, sic intellectus agens furiosos appetentiæ animalis aut carnalis motus compescit, ne evagentur & à reditu in cœlestem patriam diutius prohibeant: ut enim venti contrarii, notusque Boreasque ruūt suis ex claustris, & pelago procumbunt, ubi naues ad littora aut Syrtes torquent; sic quoque cupiditates gulæ, libidinis, iræ, amoris & reliquæ omnes humanæ vitæ instant, ejusque intellectum in obliqua rapiunt, & voluntatem penitus submergunt: At ut illi utri, sic hæ rectæ rationi includi debent: Intellectus humanus navis est, qua omnia hominis bona ex hac vita in portum alterius transportantur; Providendum itaque ne à ventorum seu affectuum turbine disiciatur aut in pericula impellatur: *Quinto* Polyphemus ille Cyclops, hoc est, venter, cui soli tanquā Deo litabat hostiis seu cibariis delicatis & copiosis, oculo unico, quo abutitur, privandus est ab ipso intellectu seu Vlysses: Satius enim est illi cæcum fore & inermem, quam Vlysses seu intellectum

cum sociis, scilicet reliquis sensibus, de-
 vorari: Gula & crapula, qua vulgus mo-
 nocolus ad insaniam usque se jactat, co-
 ercenda, eliminanda & extirpanda est,
 ut intellectus superstes & dominus ma-
 neat, una cum voluntate recta Regina:
 Hei mihi quam multos hic Polyphemus
 abligurit & devorat, quot sensus in per-
 niciem trahit? an non ventri obediunt
 utraque India, Oriens & Occidens, ter-
 re & maria, aeris totius tractus & mundi
 anguli? Quicquid inde comportari po-
 test ad ventrem Deum magnum placan-
 dum, non negligitur, nec labori aut sum-
 ptui parcitur: hic Cyclops non saltem in
 Sicilia antrum prægrande, sed totam
 terram nunc occupat; regnat in aulis, in
 civitatibus, in pagis, domi, militiæ, ruri:
 imo, & quod dolendum, in cucullo, to-
 ga, sago, pallio & stola: solus intellectus
 est, qui huic resistat, & oculum, quem in
 fronte habet, arrepto ignito titione exu-
 rat: virtus enthea & fervida sit ipsi instar
 teli, quo ventrem aggrediatur Intelle-
 ctus: *Sexto*, idem se molii herba munit,
 ne in bestias cum sociis à Circe trans-
 formetur: socii, ut diximus, ipsius intel-

lectus sunt sensus tam externi, visus auditus, gustatus, odoratus, tactus, quam interni, communis, phantasia & memoria; Hi omnes à venefica Circe, seu vitiorum voragine superantur, in bestias mutantur, solo intellectu, Ulysse, excepto, qui amuleto præstantissimo ad veneficiũ avertendum usus est: Quid moly sit, flos albus cū radice nigra, hic quæri posset? Certe est amara dulcis virtus tam intellectu investiganda, quā voluntate perficienda: Nigrā habet radicem & amaram, sed flosculum album, amabilem & dulcem; Per angusta n. ad augusta, per laborem ad gloriā, per virtutē ad immortale nomen tenditur & pervenitur: De Moly q̃ dicitur, & virtute, idē in Rosario Philosophorum à Gratiano Philosopho asseritur, nempe q̃ sit in arte quoddā corpus nobile, q̃ movetur de domino ad dominū, in cujus principio erit miseria cū aceto, sed in fine gaudiū cū lætitia: Herba ea à radice nigra ad flosculum albū, à tenebris ad cādorē, ab immaturitate ad p̃fectionē pervenit; Eodē modo & iam dictū corpus à miseria ad gaudiū, ab aceto ad lætitiā, quasi comœdia pacta, tēdit: Non ovum tam simile est ovo, q̃ hoc illi,

conveniētia utriusq; Intellectus acumi-
ne penitus p̄specta: At quia alibi de hoc
Circes fascino, nēpe sub Grillo, latius di-
xerimus, hic ad sequētia p̄gredimur: In-
tellectus est *septimo*, qui Syrenū scopulos
nec non Cyclopea Saxa sciens vidensq;
pr̄ternavigat: h. e. qui libidinosos furo-
res aurib⁹ non admittit, amoris cēstrū &
malesuadā voluptatē Priapi vel Veneris
excludit: Hæ Syrenes cantu & illecebris
plures, quā Sphynx, Chymæra, Scylla &
Charybdis rabie & violentia perimunt:
Fistula dulce canit volucrem dū decipit
auceps, ita Siren voluptas, hominē: Ha-
bet vox viva nescio quid fascino, quo au-
dientes volentes nolentes capit & men-
tem non raro captivā ducit, nisi Intelle-
ctus agens cū recta voluntate resistat: At
pauci sunt Iosephi, pauci Alexandri &
Scipiones: Plures Caracallæ, qui dicunt,
si libet, licet, plures Medæ secū certātis
& succūbentis à se ipsa victę; dum inquit:

Metrahit invitam nova vis, aliudq; cupido,

Mens aliud suadet, video meliora proboq; ,

Deteriora sequor: quid in hospite regia virgo

Vreri & thalamos alieni concipis orbis?

Præterea Vlysses ingeniosissimus agnitus fuit ex
tot ejus factis & operibus ingeniosis in bello &
aliàs præstitit; quorū nonnulla ipse apud Ovid.
13. Metam. recenset; dum inquit:

Nam

*Nam si mea facta requiris,
 Hostibus insidior, fossas munimine cingo,
 Consolor socios, ut longi tadia belli
 Mente ferant placida, doceo quo simus a-
 lendi
 Armandique modo, mittor, quo postulat
 usus.*

Hodie ingeniosos vocant, qui machinas bellicas, aut statagemata, fossas, aggeres & ejusmodi alia ingeniose construere docet, forte ab Vlyssis exemplo, qui ingenio suo perspicacissimo iam dicta excogitavit & exercuit: ingenium certe in illis, si in alia quacunque materia, subtilissimum requiritur: ut enim dies diei magister sit, in bellis præcipue animadverti potest, in quibus ut Africa semper novas feras parit, sic divina Pallados arte Ingenium humanum semper aliquid novæ inventionis extundit & machinatur; antiquitus absque ordine fustibus & saxis pugnabant, at nunc longe aliis instrumentis & disciplinis manus conferuntur: Non habet pharmacopolium rot alexipharmaca, antidotos & medicamenta ad sanitatem & vitam hominis conservandam comparata, quã
 arma;

armamentarium telorum & machinarum mortalium genera ad internecionem hominum:utinam Perillus suo tauro, & monachus bombarda periisset, & ingenium ad alia salutaria humano generi invenienda adhibuisset: sed hic de ingenii dotibus in communi loquimur: intellectus cum ingenio videtur idem, at si bene consideretur, ille est ut iudex, hoc ut dijudicandæ partes; non ille ab his dependet, sed hæ ab illo sententiam expectant: Ingenio homo ab homine differt, qui quo exercitatus habet ingenium, eo intellectum absolutiorem: unus est hebes & obtusus nec facile percipit, quid de quo dicatur, alter est mediocris ingenii, & sensibilia non saltem, sed & intelligibilia cernit & cœpit: tertius est aquila in nubibus & perniciosissimo intellectus lumine etiam intima perspicit & rimatur: Habet se ingenium instar cultri, quo si nihil scindatur, ferrugine obducitur & à se ipso exeditur, si nimium aut penetratu durius quid, obtunditur & diffringitur: si mediocriter usui adhibeatur, sine suo non frustratur penetrandi: sunt quam plurimi, qui cum Ly-

curgo ad vites & alia vitæ humanæ utilia
 dona exscindenda, ingenio suo utuntur,
 non indigni, qui asciam suis tibiis im-
 pingant, suoque se visco irretiant: Inge-
 nium Intellectui stat ad nutum, hic Deo
 conditori & hominum utilitati: In bello
 quoque egregius Ulysses perhibetur,
 nempe pro patria, cōtra ejus hostes, pro
 aris & foris, pro parentibus & liberis:
 Quæ contra fiunt bella, sunt ferarum
 furores, leonum & urforum exercitia,
 non hominum, ad hominum usum, non
 internecionem, natorū: Ulysses de suis
 in militia ausis & factis memorabilibus
 dicto loco Metam. sic ipse canit:

*Et jam promissa poteram cum laude rever-
 ti,*

*Haud contentus eo, petii tentoria Rhesi
 Inque suis ipsum castris comitesque peremi,
 Atque ita captivo victor, votisque potitus
 Ingredior curru latos imitante triumphos.
 Quid Lycii referam Sarpedonis agmina
 ferro*

*Devastata meo? cum multo sanguine fu-
 di*

*Cara non Iphitiden, Alastoraque Chro-
 mumq̃,*

Alcan-

*Alcandrumque Haliumque , Noemonaque
 Pritanimq;
 Exitioque dedicum Pheridomante Theona
 Et Charopem fatisque immitibus Eunomon
 actum.*

*Quique minus celebres nostra sub mænibus
 urbis*

*Procubuerunt manu: sunt & mihi vulnera ci-
 ves*

Ipso pulchra loco: nec vanis credite verbis.

Et paulo: audent Vlysses

Ire per excubias & se committere nocti

*Perque feros enses , non tantum mænia
 Troja,*

*Verum etiam summas arces intrare, suaque
 Eripere ade Deam, raptamque efferre per
 hostes:*

*Qua nisi fecissem, frustra Thelamone crea-
 tus*

Gestasset lava taurorum tergora septem:

Illam noctem mihi Troja victoria parta est,

Pergama tunc vici, & convinci posse coegi.

**Utin medicina, ubi medico cum mor-
 bis pugna est, tantum curari potest, quā-
 tū exactissime percipitur, ita & in bellis
 usu venit, ut Imperator tantū perficere
 vi&o;**

victoriæ queat, quantum peritiæ milita-
 ris & exactæ cognitionis de hostium sta-
 tu habet: Taurina enim non sunt nunc
 in usu, sed Leonina quæ astu & strategemate non carent, bella: Vnde evenit, ut
 etiam hic plus mens, quam manus, plus
 Ducis intellectus, quàm militis delectus,
 absque illo valeat: Sextum Ulyssis mu-
 nus est dare consilia, non de rebus frivo-
 lis aut nauci, sed magni momenti, quæ
 non nisi Intellectu ponderantur & dis-
 cutiuntur: si malum consilium consul-
 tori pessimum, e contra de bono sentien-
 dum erit; nempe quod, ut illud in dam-
 num, sic hoc in emolumentum consu-
 lentis cedat, illud in ignominiam, hac in
 gloriam; Consilia dare cuiusque est, at in
 materia intricata & abstrusa, consiliis o-
 pus est subtilissimæ inventionis, non ni-
 mis calidis aut callidis, sed maturis & so-
 le Intellectus satis coctis, nec præcoci-
 bus: Præcocia ingenia dāt similes fructus
 & consilia, matura, matura: Ad laborum
 & periculorum patientiam Ulyssæam
 in primis respicio: Est enim Herois con-
 stantis, animosi & patientis præclarum
 exemplar, quod poëta in Ulyssæe expri-
 mere

mere voluit: At nos meminimus, quod
 in Hieroglyph. libr. 6. ad philosophum
 retulerimus, qui per multos errorum
 fluctus ad veritatis portum contendat;
 non intelligo philosophum mere specu-
 lativum, qui sive bene, sive male ratioci-
 natus sit, eundem effectum relinquit,
 nempe scientiam vel opinionem in mē-
 te, sed philosophum physicum practi-
 cum, qui opere ipso quod speculatus est,
 comprobare cogitur: cujus generis est i-
 psa Medicina, quæ causas morborum
 mente contemplatur, sic & virtutes me-
 dicamentorum Intellectu penetrat, quas
 deinde contra morbum committit, &
 sic eum propulsat; quod si morbus cedat
 gravissimus ex remediis assumptis, signū
 est, speculationem rite institutam: Ve-
 rum cum in re medica sæpe usu veniat,
 doctissimum medicum, causas rerum o-
 ptime perscrutantem, à scopo aberrare,
 ut morbum suis remediis non statim
 tollat, & econtrà indoctissimum quoq;
 Empyricum, agyrtam vel aniculam abs-
 que ulla causarum consideratione, ex
 falso fundamento, ex mera audacia, &
 persuasione non raro morbos despera-
 tos

tos medicis curare, hinc nihil certi hic
 statuendum arbitror: Est præter medici-
 nam alia sciētia mere intellectūalis, quæ
 opus palpabile post se relinquit, nullis
 Empyricis, falsariis aut indoctis possibi-
 le vel imitabile, sed solis doctiorum do-
 ctissimis, in opere constantissimis, & er-
 rores suos emendare non detrectanti-
 bus; His absque dubio Ulysses applican-
 dus est: Ut enim hic ex errore in errorē,
 sic illi nunquam non labuntur: At vincit
 tandem constantia & perseverantia: Nō
 illum lotos detinere potest, non Cy-
 clops suppressere, non Syrenes captare,
 non venti dispellere, non Tartarus ipse
 à proposito avertere: Constantissimus
 est Ulysses, Boreæ contemptor & austri,
 in omni fortuna æqualis, soli Deo confi-
 dens & patientia omnia etiam durissima
 vincens: At nos in proposito rem urgea-
 mus: Ulysses itaque est sapientiæ absolū-
 tæ (humanæ) symbolum, quæ omnes al-
 ios supereditur mortales, seque in æ-
 thereas exaltat domos, nunquam humi
 repens aut bestialia exercitia quærens,
 sed sublimia, vere intellectūalia & homi-
 ni propria: Hæc est idæa paucorum mē-
 tibus

tibus impressa, quæ si oculis corporeis conspici posset, miros sui amores apud quam plurimos relinqueret: Sapientia est, quæ hominem exornat moribus, ditat opibus & temperat virtutibus, ne in extremitates vitiorum immoderatas irruat: De hac, ut Rosarius philosophorū citat, Salomon Sapientiæ septimo, hanc pro luce habere proposuit & super oēm pulchritudinem & salutem: In comparatione illius lapidis preciosi non comparavit illum: Quoniam omne aurum tanquam arena exigua est, veluti lutum æstimabitur argentum in conspectu illius: Melior est n. acquisitio ejus negotiatione argenti & auri: Fructus illius preciosior est cunctis opibus hujus mūdi, & omnia, quæ in mundo desiderantur, huic non valent comparari: *Longitudo* dierum & *sanitas* in dextera ejus; In sinistra ejus vero gloria & divitiæ infinitæ: Viæ ejus operationes pulchræ & laudabiles, non despectæ, & semitæ ejus moderatæ, & non festinæ, sed cum laboris diurni instantia: Lignum vitæ est his, qui apprehendunt eam & lumen indeficiens; Beati qui tenuerint

eam: Hæc Rosarius ex libro sapientiæ: quibus nihil ad rem accommodatius dici potest: Sapientia enim auri argentiq; sat dives est, siquidem sciat, illa metalla esse atomos terrestres splendore aqueo illustratos: Nam quid aliud est, inquit Riplæus & Avicenna aurum & argentū, quam terra munda, alba & rubea: Tolle ab ea præfatum splendorem & tunc terra erit parvi momenti: Hinc non absque ratione Salomon Rex Sapientiam præ opulentia à Deo optavit & impetravit, quia opulentia sine illa, est tanquam pecus coronata diademate aureo: Hinc Alphonfus ille Rex Arragonum sapientissimus illiteratos & nulla sapientia insignes reges simias'purpuratas, ac asinos coronatos vocitare solebat: Diadema enim ornat reges exterius, at sapientia interius & per omnes vitæ actiones eos comitatur: Hæc est quæ domi, foris, militiæ, ruri individua comes ipsis adheret; hæc in conviviis, consiliis, comitiis & tribunalibus eos exornat & immemores non finit esse sui: Hæc cum principibus peregrinatur, rusticatur & excelsa palatia incolit: Principem aut regem ne quis mihi

mihi laudibus extollat, quod multa bi-
 bat; quia hæc laus, ut Erasmus Rot. false
 innuit, ipsi cum spongia communis est:
 Ne prædices, quod sit robustus corpore,
 quia hæc laus bajulorum est & jumentorum:
 Ne staturam ejus altam suspicias,
 quia hæc nō proderit, nisi si quid ex sub-
 limi detrahendum sit: Ne quod scite e-
 quitet, cordate venetur, aut certissime
 jaculetur, quia & vilissima mancipia hæc
 norūt apud Lappones, Scyras & Barbaras
 gentes alias: At propria ejus laus est,
 quod sit sapientia præclara ornatissimus:
 Ut enim capitis & cerebri est pro-
 spicere cæteris inferioribus membris,
 visu, auditu & aliis sensibus externis &
 internis præditi, ne hæc detrimentum
 capiant; Ita est Principis providere sub-
 jectis, ne quid damni sentiant, idque ab-
 soluta sapientia: Hæc enim ut omnes
 virtutes, sic & scientias complectitur,
 præsertim illas, quæ dominatū exercent
 in alias illiberales & mechanicas: Sapi-
 entia est palma, quæ quo magis deprimi-
 tur, eo altius surgit, & pondera fortunæ
 inclementis magis ridet, quam horret;
 Sapientia est hedera, quæ cum per se

C

nequeat

nequeat ascendere, adsciscit scipionem, præcellam arborem, h. e. humanæ vitæ subsidia, & sic ascendit: Sapiëntia est morus arbor, quæ sapiëntissima dicitur, quod omnium ultimo floreat, & fructus tamē dulces appropere, ne in præcoce flore pereat aut fructu nimis lento aut acerbo ingrator sit: Sapiëntia est Cubus æquilaterus, qui ubicunque cadat, sibi est æqualis, & immotus permanet: Sapiëntia est, quæ natare novit & literas, id ut ex naufragio se recolligat nudam absque vestibus, has, ut Dionysium Corinthi ludimoderatorem agentem exprimat, & sibi ex animi bonis, quæ una enatare possunt, victum quærat: Hæc una est, quæ nudum hominem à nudo distinguit, philosophum à cerdone, regem à rustico: Hæc est, quæ in balneis unctum quoque Archimedes admirandum præstitit, dum nudus ex proportionem & mensura aquæ & coronæ autæ collegere & discreverit, quantum huic argenti admixtum foret: Hæc est, quæ Solis, Lunæ, totiusque cœli & terræ magnitudines & distantias à nobis scrutatur & invenit; quæ non tribus orbis terreni partibus

tibus cōtenta, & quartam indagavit; imō
& quintam sperat: Sapientiæ proprium
est in omnes fortunæ vultus se applica-
re: Unde illud:

Rebus angustis animosus atque

Fortis appare. sapienter idem

Cōtrahes vento nimiū secūdo Turgida vela.

Sapientia non habet inimicū, nisi igno-
rantem, & non potest agnosci aut repe-
riri, nisi à sapiente, hoc est docili, labo-
rioso & constante, qui aures, mentem &
manum ipsi assidue præbeat, non modo
hoc, modo illud incipiat, in nullo, nisi in
sua inconstantiā constans: In hujusmodi
enim sapientiā ne primas radicularum
fibras figere potest, tantum abest, quod
fructum ferat: Apud Ethnicos sapientia
per Palladem Deam vel Minervam de-
notabatur, cujus ortum illi ex Jovis cere-
bro, Vulcania securi aperto, deducunt;
atq; id non absq; occultæ rōis mysterio:
Cerebri n. filia est. cui Vulcanus se obste-
tricem præbet: Unde non absque causa
Vulcanus & Pallas unam aram antiqui-
tus Athenis habuisse leguntur, quasi i-
gnis sit magister sapientiæ & Pallas
nativitatem suam igni acceptam re-
ferat:

ferat: Eant nunc insipientes & Vulcanū negent quicquam commercii habere cum sapientia, aut sapientiam non esse dicendam, quæ ex igne in actum veniat: Palladi seu Minervæ inventiones rerum diversarum ascribuntur, ut sapientiæ & bonarum literarum, seu artium liberalium; militiæ, olivæ, telæ texendæ, lanificii & lanæ tingendæ: quia hæ artes vitæ humanæ in primis sint necessariæ, æque ut cibus & potus: Sapientia & artes liberales primum occupant locum, & hominem, ut diximus, definiunt etiam nudū & inermem: cui deinde arma per militiam adaptantur, ut se contra vim & insidias beluarum ac hostium muniat & defendat; Oleum ad sanitatem conservandam, ad palæstram, & ad nocturnas lucubrationes, in signum pacis, suppeditatur; cætera ad vestitum contra injurias elementorum, frigoris, nivis, pluviae, ventorum, æstus spectant: quibus vita hominis tota circumscribitur: His alii addunt non injuria architectonice easdem ob causas: Cur lampadophoria in ejus honorem instituta, & cur illi Noctua sacrata sit, alibi copiosius exposuimus:

mus : Pro sapientia humana hic accipimus, quæ Dei opt. max. est munus, & ut Poeta inquit, divinæ particula auræ: Hæc est quæ Ulyssi sub Palladis specie semper adstitit, de qua Stigelius in erroribus Ulyssis:

Sed tamen evasit sub vindice Pallade victor,

Omnibus inque malis Pallade tutus erat.

Hanc ipsi comitem nusquam non addit Homerus,

Sublevat hæc pressum, fataque dura levat.

Pallada nil aliud, nisi celsam intellige mentem,

Quæ frangi, superis fisa, dolore nequit.

Sapientia est, quæ Ulysses tot cladibus & erroribus agitatum non deseruit, nudum vestivit, à naufragio, ut Nausicaa, Alcinoi, regis Phæacum filia, suscepit hospitio, ut Calypso Atlantis: apud quâ septem annos detentus dicitur: Nec mirum (quia Maja Atlantis quoque Mercurium dederit) quod ex ipsa liberos procrearit: Hæc est, quæ philosophos etiam naufragos bono animo sperare

jubet, ut inter reliquos Aristippum, qui naufragio facto in litus apud Rhodum nudus ejectus, ob sapientiæ doctrinam invenit non modo qui necessaria ad vitam, verum etiam qui vestes ipsi atque comitibus præberet: Cū autem redeuntes domum quidam ex ejus comitibus petiissent, si quid suis Aristippus mandare vellet: respondit, hoc tantum se mandare, nomine suo cognatos monerent, ut filiis opes eas pararent, quas adversa maris tempestas perdere nō posset. Accipiat itaq; mare sapientem, h. e. rerum mundanarum fluctus & fortunæ Eurypi, videbis ipsum enatātem gemino lactorum remigio, nempe causarum naturalium, adversitatum & errorum contemplatione, & perseverantia: Sic n. Maro Æneam, ut Homerus Ulyssē introducit socios suos in fluctibus errantes consolantem: *O socii, neq; enim ignari sumus ante malorum,*

*O passi graviora, dabit Deus his quoq; finē:
Vos & Scylleam rabiem, penitusq; sonantes
Accessus scopulos, vos & Cyclopea saxa:
Durate & vosmet rebus servate secundis.
Sapiens est πολύτροπος & spectator orbis
& ur-*

& urbium, non in fumo semper hærens patrio, ut amasiam, quam quærit, sapientiam captet & adipiscatur;

*Nec iacet in molli veneranda scientia lecto,
Illa sed assiduo parva labore venit:*

Ob eam unam acquirendam tot philosophi solum verterunt, patriam relinquentes, & in longinquas oras peregrinati sunt, ut sunt Pythagoras, Plato, Democritus; Homerus, Euclides, Apollonius, & innumer alii, qui non solum Ægyptum, sed magnam Indiarum partem studiorum & sapientiarum addiscendæ gratia perlustrarunt: De quibus autem recentiores philosophi illi inter se collocuti sint, tanquam naturæ secretissimis thesauris, patet ex prædicti Apollonii Tyanæi historia, quæ cum Brachmanis Indiarum sapientibus. (de quibus alias copiosius egimus) contulit de magicis arcanis & sacrificiis (ethnico more) de quadam Meticosa belua, quæ capite erat humano, reliquo corpore Leonino, *de aqua auri, de lapide*, qui magnetem imitatur, vocaturque *Padaurea*, de Pigmæis, de Sciopodibus, de gryffis aurum effodientibus, *de Phœnice*, de Mantia, de Medicina, Physica, Mathematica, aliisque Naturæ arcanis:

Hæc Philostratus: Ulyssis quoque magnanimitas ex eo apparet, quod ipsum infernum adiisse fingatur, ut à Tiresia vate sua fata perdisceret, de qua Virgilius:

Illum scylla rapax canibus subcincta molossis

Ætnæusque lacus, & squallida tartara torrent:

Ita sapientia nec in asperrimis casibus horret, nec ipsam reformidat mortem, ut in Socrate & innumeris aliis apparuit: Quod Lacon quidam Persæ jactanti; Hodie præ telorum multitudine solem non videbis, respondit, Ergo in umbra pugnabimus, idem sapientia vera fortunæ & ejus creberrimis ictibus, Quid corpora humana affligis, cum Mentem ejusque satellitem, sapientiam non tangas, tantum abest, quod crucies? Quod Horatius de sua amasia Lalage cecinit, id sapiens de hac merito exclamare poterit:

Pone me pigris ubi nulla campis

Arbor æstiva recreatur aura,

Quod latus mundi nebula, malusque

Jupiter urget.

Pone sub curru nimium propinqui

Solis in terra domibus negata

Dulce ridentem Lalagen amabo,

Dulce loquentem.

Quæ cum ita se habeant, hominem rationalem imprimis decet, ut scintillam in sua mente, tanquam recto cinere, latentem, sapientiam exuscitet, foveat literarum studiis & exercitio virtutis, & ad humanæ naturæ possibilem perducat, non ut in calliditatem, perversitatem & deceptiones (quæ majorem hominum partem transversam rapiunt) declinet, sed in via veritatis, justitiæ, pietatis, & omnis virtutis, tanquam regia incedat, & sic ex hujus vitæ fluctibus aliis, ex aliis labentibus, ad veræ tranquillitatis & æternæ salutis (Christo Salvatore duce) portum tandem perveniat, ibique perpetuo acquiescat, quod faxit ille, qui est Trinus & Unus DEUS

benedictus in secula,

Amen.

COLLOQUIUM RHODORUM

stauroticum trium personarum,

PER FAMAM ET CONFESSIONEM quodammodo revelatum,

de


FRATERNITATE
ROSEÆ CRUCIS.

IN QVO VIDERE EST,
*quid tandem de tot, diversisque, ipsorum
nomine publicatis scriptis, atque adeo
ipsa de Societate statuen-
dum sit.*

OMNIBUS FIDELIBUS, ET
tot scriptis in errorem conjectis, Chri-
stianis Lectoribus prælo publico
amoris ergò, ador-
natum.

Matth. 5. v. 16.

*Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra
bona opera, & glorificetur pater vester cœlestis.*



ANNO

M. DC. XXIV.

MATTH. 24.

Et aliquis ex ipsis Scriba quidam, tentabat ipsum & dicebat: Rabbi, quod precipuum in lege mandatum est: cui Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima & animo: tum etiam proximum atq; teipsum.

AD LE-



AD LECTOREM THEOSOPHICUM.

Postquam, Christiane amice, & Lector, omnia ferme scripta, quæ nuperis ab annis Fraternitatis Rosæ Crucis nomine, hinc inde sparsa fuerunt, non solummodo semel, sed aliquoties studio perlegerim & tandem, cum posteriora aliquot scripta, cum primis vero Tintinabulum Sophorum, Apologia F. R. C. & Prodromus R. C. stylo, fama, & confessione non per omnia convenerint, & ita quid de illis statuendum esset non minus, quam à principio noverim: ea propter

pter nuperrimo tempore, isto in dubio, confidentissimorum amicorum meorum alicui, & rerum istarum exactius me iudicium habenti, scripsi, illumque rogavi, ut hac de re intentionem suam mihi candide detegeret.

Qui etiam quam primum colloquium aliquod ad me misit, ex quo proprie videre potui, quot multiplices, hujus rei gratia, opiniones hinc inde inter homines disseminentur: quemadmodum etiam Dominus & amicus meus honorandus summo studio eo respexit, ut diversas istas opiniones, tribus sub personis, hocce in colloquio, expresse mihi explicaret.

Dum vero colloquiū illud tam gratum acceptumque mihi fuerit, (cum eo ipso tantos progressus fecerim,

cerim, ut nunc sciam, quid impo-
 sterum de Fraternitate ista iudicā-
 dum sit) itaque, in confusi dubiiq;
 proximi amorem, intermittere nō
 potui, quin transmissum illud mi-
 hi colloquium Typographo ali-
 cui, quo melius typis publicis &
 distractione omnibus innotesce-
 ret, traderem. Qui non dictus Ty-
 pographus, tanquam etiam arcis
 Sophiae inquilinus, rogatu meo il-
 lud ipsum illico promovit. Firma
 infallibilique spe & fiducia fretus,
 omnes fideles, veritatis & sapien-
 tiæ amatores, quemadmodum et-
 iam domini Rosæ Crucis, vel re-
 gni Christi, fratres ipsos, illud ma-
 lam in partem minime mihi inter-
 pretaturos, sed multo potius ejus
 rei cupidum Lectorem illud (col-
 loquium scilicet) benevole susce-
 pturum esse.

Con-

Concludam igitur, & Lectorem
benivolum primum ad amici mei
litteras (quas, certis de causis, lu-
bentes heic interseruimus) tum
vero ad ipsum colloquium able-
gatum voluimus. Illum divinæ
gratiæ & clementiæ commendan-
tes.

COPIA



COPIA DICTÆ ILLIUS EPI- STOLÆ

C. I. B. F.

ad me

A. S. N. B.



*Rnatissime, confidentissime-
que domine & amice, fra-
tris instar, ipsius litteræ, sub*

*dato 16. Januarij Anno 1621. per fa-
miliarem nostrum; dominum Christo-
phorum N.23. ejusdem fideliter mihi tra-
sæ fuerunt. Cum itaque in iisdem a-
ne petierit, ut nimirum proxima quaque
occasione meam opinionem de nuperis
tunis diversis hinc inde sparsis scriptis
partim nota fraternitate ordinis Rosæ*

D

Crucis,

Crucis, scripto comprehensam ipsi transmitterem, ego autem, dum interim prima opuscula, Fama & Confessio videlicet, edita fuerint, hætenus diversis temporibus, tam terrestri, quam aquestri itinere, peregrinando, diversa mirabiliaque iudicia ea de re ferri cognovissem, & majori tamen ex parte ad singula ista nihil respondissem, etiamsi de meo lubentissime aliquid adjecissem: Discurrentibus autem istis, ob conceptam suam partialitatem, (quemadmodum, proh dolor, quæ ipsis etiam in Theologis plus justo fieri solet) non obloqui, vel meam sententiam, quam antehac non per omnia adprobavi, denudare nolui & nihilominus tamen id, quod nunc, & de uno vel altero tam pro & contra, ea de re audiui, pro virili memoriæ mandare volui. Ea propter etiam, quo melius tibi gratificarer nihil novi melius, quam præsens, ficturæ equi

equidem, se verum tamen, & ex aliorum ore exceptum colloquium trium diversæ opinionis personarum, quarum prima Tyrosophus: altera Quirinus: & tertia Politicus appellatur. Quemadmodum autem istarum personarum qualibet non solummodo per se affecta est, sed etiam, quam sententiam & ego quoque amplector, ea propter, in perfectione totius colloquij, ejus intentionem ad finem bene intelliget. Etiam si vero colloquium illud non adeo explicare necessum habuissem, sed illud omnino intermittere, & nihilominus tamen mentem meam tibi explicare potuissem, quibusdam tamen de causis, colloquium illud perficiendi, permotus sum. Quæ sane causæ, cum arduarum rerum negotiorumque sint, & ideo merito obliterandas illas esse judicem, ideo per litteras illas proxima occasione tibi significaturus sum. Si au-

*tem & iste meus conatus tibi forsitam
non satisfecerit, vel si dubium, aut alia
quadam questio movenda sit, tunc ejus
rei iterum certior fieri potero, & tunc, pro
virili, me tibi gratificaturum certo polli-
ceor: te, epilogi loco, divina tutela com-
mendantes, Datum N. 13. Februarij An-
no 1621.*

Peramicus T. fratris instar,

C. I. B. F.

AD



AD COLLOQUIUM INTROITUS.

QUIRINUS.

Audi Polydore, peramico
mi minister & ausculta quæ
tibi dicturus sum. Cum he-
sterna die cum domino Ty-
rosopho, meo, tibi æque noto, confiden-
te domino, tanquam fratre, pactus sim,
ut hodierna luce convenientes de Ro-
sæ Crucis fraternitate interlocutionẽ
instituiere velimus: itaq; oblivioni haud
mandabis, adventante, & de me interro-
gante, domino Politico, ut illum illico
ad nos remittas, ut hoc modo & ipse
colloquio illi interesse possit. Illum e-
nim fratrum Scripta diligenter evolvis-
se certum est, & ea ipsa de causa, com-
mode sese nobis ad sociare poterit, quo
melius colloquium illud amplificetur.
Licet vero conventus illius tempus ex
oblivione ipsi significare minime po-
tuerim,

tuerim, nihilominus tamen, aliis de causis, ipsum hodierno adhuc die me visiturum, certo mihi persuadeo.

POLYDORUS.

Mandatorum, tuorum, domine, haud ero immemor, sed, respectus debitatione, illa omnia sedulo exequutus sum.

QUIRINUS.

In nomine Domini igitur iter meum persequor.

TYROSOPHUS.

Adesto Promptule, fores aliquem pulsare mihi videtur. Agedum fores re-ferato, & praesente domino Quirino, ob frigoris injuriam, illico ad conspectum nostrum admittito.

PROMPTULUS.

Bene, domine, nunc pergo,

QUIRINUS.

Bona dies.

PROMPTULUS.

Ago domino gratias.

QUIRINUS.

Herum tuum domi esse nullus dubito.

PROMPTULUS.

In hypocausto dominum praestolatur.

QUI.

QUIRINUS.

Diem felicissimum, domine Tyrosophe, amice, fratris instar.

TYROSOPHUS.

Ago tibi gratias, & felix sit adventus.

QUIRINUS.

Mi domine, veluti hesternae die inter nos conventum est, hodie de rebus nostris ulterius colloqui, te accedo. Moram tamen aliquam adhuc nec temus, & interim alia aliqua de materia differemus.

Dominum Politicum enim itidem ad nos venturum esse, totus mihi persuasum deo,

TYROSOPHUS.

Ut mihi videtur, illum ipsum jam jam cum meis loqui audio.

QUIRINUS.

En ipse nunc ingreditur.

POLITICUS.

Dominis felicissima quæque precor.

TYROSOPHUS & QUIRINUS.

Grates debitas tibi persolvimus, mi domine Politice.

POLITICUS.

Domine Quirine, famulus tuus me huc accersivit. Cū vero, quem in finem illud factum, me certiore minime reddiderit, itaque illud ipsum libenter à vobis perciperem.

QUIRINUS.

Si placet, & per otium fieri potest, inter nos invicem collocuturi sumus.

POLITICUS.

Qua de re autem illud instituendum erit?

QUIRINUS.

De fraternitate Rosæ Crucis.

POLITICUS.

Idem illud est, quod opto. Jam ante siquidem de artificiosis istis fratribus certiora quædam lubenter cognovissem. Vehementer namque dubito, num videlicet tales illi sint, quales videri cupiunt. Nihilominus tamen (quippe qui accidentaliter saltem huic colloquio intervenio) illius à me nullum fiet initium sed uni ex vobis dominis, tanquam, quemadmodum mihi videtur, aut semi-fratribus, vel ad minimum tamen ipsorum

rum honorum defensoribus illud commendatum esse volumus.

QUIRINUS.

Ad illa igitur (licet dominus Tyrosophus annorum gravitate me antecellat, & ea propter haud immerito mihi præferendus sit) observata libertate, meliorisque ordinis ergò, domino Tyrosopho primam quæstionem propositurus sum.

Quæ igitur est tua, mi domine frater, de famosa ista, & tamen hodierno adhuc tempore ignota Roseæ Crucis fraternitate, sententia?

TYROSOPHUS.

Si finalis mea aperienda esset opinio, tunc colloquium nequaquam prorogari & amplificare posset. Ante omnia igitur plures quæstiones in medium adferendæ sunt. Ad hæc à natura mea nullius præcipitis sum iudicii, &, præterea, dictum Syracidis semper considero, dum inquit: Quæ nimis alta sunt, illic à temeritate tua desistito. De illis tamē ut quis differat nemini est prohibitum.

QUIRINUS.

Prima vice, mi domine, bene respondisti.

D

S

diti.

dicti. Modo dictū enim Syracidis dictē-
rium, juxta indubiam meam sententiam
non id vult, quasi de rebus arduis & se-
riis loqui nemo auderet, sed quod res
profundæ & mysticę, quales sunt potio-
res fidei Christianę articuli, cum primis
vero ille, de divina TRIUNITATE,
præpostera sapientia non perscrutan-
dæ sint.

TYROSOPHUS.

Quantum equidem mihi videtur, de
suscepta materia jam jam paulisper re-
cedimus.

QUIRINUS.

Ut autem in eo nimis stricte & tena-
citer acquiescere, & non quandoque a-
liquid obiter, & tanquam in Parenthesi
(præsertim cum propositæ materie
quodammodo inserviat) inspergere de-
beamus, illud, inquam, difficilime fieri
poterit.

THEOSOPHUS.

Nihilominus tamen illa, ad rem mi-
nime spectantia, pro virili vitanda sunt.
Rogo igitur te, mi domine Politice,
quid

quid tibi de fraternitate ista videatur,
& quæ, de illa, tua sit sententia?

POLITICUS.

Meum, de Rosæ Crucis fraternitate, judicium, in genere, domino primum aperi-
am. Postquam vero deinde etiam
ad specialia pervenerimus, tunc etiam
in specie, & quid de quolibet puncto
sentiam, domino ingenue aperi-
am. Quantum igitur mihi persuadeo, forsi-
tan callidum acutum ingenium fuisse
mihi videtur, à quo illa ipsa Scripta, quæ
hactenus sub Rosæ Crucis fraternitatis
nomine typis publicis divulgata sunt,
suam trahunt originem. Cum n. in mun-
do eo usque nobiscum perventum sit,
ut scribendorum librorum nullus am-
plius modus superesse videatur, & iccir-
co, quemadmodum olim factum fuisse
constat, eominus Scriptores istiusmodi
æstimentur: ea propter callidus ille hoc
stratagemate & medio uti ideo voluit,
ut nova ista, & antea adhuc inaudita
fama, hominibus ora, aures, naresque
referaret, &, cum alias humana na-
tura novitatis avida, hac ratione om-
nium hominum animos in transversum

rape-

raperet, eorundemque oculis generale aliquod glaucoma obiiceret.

TYROSOPHUS.

Agedum, dominus nunc suam sententiam libere, ingenuè, & impeditè edixit, id quod etiam in homine summo perlaudandum est. Quod autem domini iudicio minus calculum album adiiicere possim, in eo Fama & confessio Fraternitatis remoram mihi iniiciunt: quæ quidem compendiosa nimis, attamen tam nervosa, memorabilia, & ponderosa scripta sunt, ut istiusmodi intentiones (veluti dominus in iudicio suo refert) ex istis minime conjectandæ sint, utpote in quibus fratres, sese veræ, puræ, & Evangelicæ Religioni addictos esse, profitentur, atque insuper arte & scientia sua, dignis, ex fideli corde inservire sese velle, pollicentur. Quæ equidem istiusmodi sunt indicia, quæ multo potius Christianum, rectum, minusque fucatum, quam falsum, simulatum, & dolosum aliquem animum significant.

POLITICUS.

Rem equidem sese ita, nec secus, habere certum est. An autem ignorat dominus,

minus, quod: *Fistula dulce canat, volucrem dum decipit auceps?* An nunquam vidit dominus, quomodo sæpissime aucipes eximias rubeas bacculas calamis appendant, earundemque formositate misere deceptas aviculas callide rapiant? An non Rosæ Crucis fratribus idem obvenire solet? Licet enim quandoque egregio, è SS. Bibliis petito, dicto utantur: nihilominus tamen Thraonica ipsorum præconia, arrogantesque jactationes, illico erumpunt. Exempli gratia cum affirmare minime erubescunt, sese talem nosse artē, cujus beneficio quis sibi neq; à fame, egestate, neque morbo, vel senectute timere necessum habeat. Item, quod aliquo in loco ita habitare possint, ut neque ultra Gangem in India subsistentes populi præ ipsis res suas occultare, nec ii, qui in Peru vivant, consilia sua ipsos celare possint. Item quod omne illud, quod omnibus in libris, qui unquā extiterūt, etiamnum hodie in promptu sunt, vel imposterum etiam edentur, reperiri licuit, adhuc reperitur & unquam reperiri poterit, legere, intelligere, & memoria comprehendere valeāt. Istius-

modi gloriæ arrogantisque jactationes plures apud ipsos (fratres) & in ipsorum scriptis reperiuntur, quæ tamen majori ex parte humani ingenii captum transcendunt: quo etiam dominum, dilectæ brevitatis causa, cum alias in istiusmodi scriptis bene exercitatus sit, nunc ablegatum volumus.

TYROSOPIUS.

Externæ speciei quidem respectu res istæ impossibiles esse videntur. Nihilominus tamen exinde minime sequitur, quod scientia, quam fratres profitentur, & exercent, arrogans jactabundumque aliquod opus sit, aut quod eo ipso conscientia forsitan aggravetur. Quomodo enim, obsecro, summa scientia de Deo, divina essentia, & voluntate, divini miraculi, divinorum operum, &c. jactabunda aliqua res esse possit? Quomodo, quæso, arcana revelata natura, qua Deus agnoscitur: quo pacto communicatio, inventio, & exaltatio omnis Sapientiae, qualicunque etiam modo homini obtingere & quo ipso creator rerum omnium celebrari, verbû quod fuit ab initio, revelari, & spiritus superexaltari glori

glorificarique solet, conscientiam onerare poterit?

POLITICUS.

Mirandæ tamen & altæ nimis præstationes sunt, quibus de putati isti fratres gloriantur, id quod tam mihi, quam pleribus etiam aliis, rarum peregrinumque admodum obvenire solet.

TYROSOPHUS.

Quamvis illud domino rarum peregrinumque obveniat, nihilominus tamen præstare sequitur, quod ideo tanquam impossibile à Fraternitate non præstare vel in effectum deduci possit. An enim primum res mira raraque quæ præ illorum oculis & auribus fuit, quæ ab initio Philosophiam Ethnicam præstiterunt, audiverunt, & didicerunt? Quæne quilibet, procul omni dubio, in stuporem admirationemque lapsa fuit: Plane nova, & rara admodum temporis res erat. Quomodo enim de Philosophia Platonis cantare gloriatumque fuit? Quam præstātem fuisse oportuit? Quantū etiam nū hodie

hodie Aristoteles in Scholis veneratur.
 Quid opinatur dominus, an plus valuit
 dum adhuc plane novus esset, & de Phi-
 losophia pauca adhuc scirentur? Quam
 mirus rarusque ille primum hominibu-
 visus est, qui omnium primus Astrono-
 miam, Astrologiam, & Mathesin in me-
 dium attulit? Procul omni dubio illum
 aut Deum, vel diabolum aliquem esse
 crediderunt? Quilibet enim in admira-
 tionem raptus est, quo pacto tamen i-
 stiusmodi homo ad cœlum pervenerit
 & perspicue videre potuerit, quam ma-
 gnus Sol, Luna, illæ, vel aliæ Stellæ sint.
 Quis etiam ipsi dixerit quando ningat
 pluat, algeat, & mox cœlum serenum
 nunc nubilum, mox pleni-mox novilu-
 nium fore, & alia id genus eventura esse.
 Quid, obsecro, de illo olim statuerunt
 qui omnium primo dicere conatus est
 quid huic, vel alteri, contigisset, an for-
 tunam, vel infortunium in vita sua ex-
 perturus sit? Certe dubitandum mini-
 me, quod videlicet insignis scientia ista
 in omnium stuporem admirationem
 raptâ fuerit. Varia quoque prolata tur-
 temporis erunt iudicia. Consideret me-
 d

do quis, quomodo nimirum artes & scientiæ de die in diem ad crescât? perpendantur solummodo scientiæ, artes, facultates, & disciplinæ, & singulæ quidem in specie: & tunc differentia mōx deprehendetur, quid vetus, aut novum sit, & quidem non solummodo in hisce, quæ liberales artes appellantur, verum etiam omnibus in aliis opificiis, & quæ modo homo scire poterit.

POLITICUS.

Lubens concedo, quod artes & scientiæ antehac non ita floruerint, quemadmodum, per Dei gratiam, hodierno nostro tempore in flore sunt. Nec simulo inficias, quod in natura adhuc multa arcana lateant, quæ tamen hætenus ab hominibus nondum explorata & cognita fuerunt. Quod autem eadem ista putatitiorum Rosæ Crucis fratrum prætensiones ad istiusmodi intentionem collimare debeat, id facile nemo mihi persuadere poterit.

TYROSOPHUS.

Tantum vero domino nunc dicturus sum, quod videlicet domini fratres Rosæ Crucis præcipue inter illos sint, quos

E Deus,

Deus, pro ineffabili sua bonitate, ad id constituit, ut summam arcanissimamque scientiam, quæ modo in terra & natura reperienda est, perscrutentur, atque in lucem proferant.

Et ne quis forsitan existimet, quod saltim nuda, & temeraria ab ipsis adferantur, ideo rotunde sese declarant & testantur, quod suarum artium & scientiarum certa, ordinariaque axiomata, & regulas ex ipsa natura hauriant, juxta quas præcepta & informationes ad singularum illarum scopum finemque diriggi debeant, ne solummodo unica saltim harmonia, conformitas, & correspondentia omnium singularumque artium & scientiarum haberi, verum etiam unuscujusque, per se ipsam, scopus & finis explorari & impetrari possit.

POLITICUS.

Cum igitur instituti sui ipsos minime pudeat, cur, quæso, sese non revelant? Quot namque infirmi debilesque homines reperiuntur? Cur itaque non se produnt, & suam, in ipsis, artem testantur faciunt?

TYRO.

TYR OSOPHUS.

Ita (bona venia) vulgus iners ignobilis-
 que plerumq; judicare solet. Quam-
 plurimum enim videt, quod quiddam in
 arcano occultoque observetur, tunc il-
 lis minus maturo suo judicio hostiliter
 illud insectatur, non secus ac si tale opus
 nocem forsitan fugeret. Omnes malæ a-
 ctiones, uti loquuntur illi, plerumque in
 tenebris, & occulto, fiunt. Ita quoque &
 hoc opus luci publicæ sese exponere id-
 eo non audet, ne forsitan ipsius falsitas
 ascoscatur atque observetur.

POLITICUS.

Nec hoc equidem judicium omnino
 iustum est. Christus n. ipse, Matth 5. v. 15.
 lucem non sub modio, aut id genus
 alia, occultandam, sed candelabro im-
 pendendam, quo melius singuli ipsius
 splendore fruantur. Idē quoque & haud
 immerito putatii isti Rosæ Crucis fra-
 tres imitari deberent, idque eo magis,
 quod pro zelotibus, & fidelissimis ho-
 minibus, sese semper venditent. Probe
 super ipsis conveniret præceptum,
 Matth. Dilige proximum tuum, sicut
 teipsum.

Hoc autem proximum suum diligere non est, si ipsi in angustiis minime subvenitur. Quid prodest aliquis thesaurus, qui in terra jacet reconditus, nec in utilitatem aliquam converti nequit?

TYROSOPHUS.

Sciat dominus, quod causa istius occultationis primum ex sexta & ultima ipsorum lege suam sortiatur originem, quæ illuc spectare videtur, quod nimirum Rosæ Crucis fraternitas centum annis occultata manere debeat. Quæ lex sane, absque ullo dubio, hac potissimum de causa ab ipsis lata fuit, quod antea illi præviderint, sese in mundo, exigente ipsarum rerum necessitate, nullum locum reperturos, certa spe freti, in tam diuturno tempore forsitan occasionem aliquam sese exhibituram esse, in qua Virtus, & Veritas, contra flagitia & errores tandem palmam obtenturæ esset. Deinde etiam ideo fit, ne fortassis, immatura ista sua revelatione & manifestatione, majori hominum parti, advingentia peccata, enormia scelera & flagitia perpetranda, ansam occasionem præbeant. Qualis enim, obsecro, aranea

rerum

serumque omnium confusio exinde
 subsequerentur? Illic bibere ac comedere
 summa esset molestia, & in voluptati-
 bus consenscere terrenus Paradysus.
 Quot sane sibi exoptaturi essent illud,
 quod atheus ille sibi precabatur, qui in
 opiparo exquisitissimoque aliquo con-
 vivio impia blasphemæque verba evo-
 cere haud erubuit. *Si scirem, grunniebat*
ille Porcus, & certo mihi pollicerer, ut perpe-
tuam in tanta voluptate vitam transigere pos-
sem: tunc Deo, illiusque sanctis, cæleste Ierusa-
lem libenter dono daturus essem.

Quot insuper septulnale collum sibi
 exoptari essent, modo ut potius jugulo
 dulcius diutiusque saperet? In sum-
 ma ex millibus ne unus quidē istis ma-
 gis malis, ad honorem Dei, & salutem
 proximi usurus esset.

Fit insuper, quemadmodum Julianus
 de Campis ait, & hac de causa ne publi-
 cæ munditiæ ex eo fiant. Margaritæ enim
 non porcis, nec nuces myristicæ vaccis
 propiciendæ sunt.

Quemadmodum enim fratres Roseæ
 in confessione sua testantur ipso-
 rum arcana nullo modo revelebantur,

cum bene sciant, quod crassa & stupida ingenia illorum nullam rationem habeant, vel etiam eorundem curam suscipiant: ipsi vero dignitatem illorum, qui in fraternitatem ipsorum recipi debent non ex humana curiositate, sed ex suarum revelationum regula æstimare & agnoscere possint.

Licet igitur indigni etiam millies clamore, & millies quoque ipsis sese obferre debeant, nihilominus tamen Deus ipsorum auribus, ne ullum illorum exaudiant, præcepit. Immo Deus ipsos nubibus suis circumdidit, ne ipsis tanquam servis suis, nulla violentia inferatur: ne etiam ab ullo, nisi oculos aquilinos habeat, conspiciantur atque cognoscantur. Et commemoratis igitur illis omnibus domini causas intelligere poterunt quæ obstaculo fuerunt, quod Rosæ Crucis fraternitas hucusque, pro cuiusvis voto atque desiderio, sese nondum revelaverit. Nec dubitabo, quod, quem admodum alias rebus in omnibus à Deo summe illuminati sunt, etiam istorum suorum arcanorum adhuc graviore ponderosioresq; causas in medium adferre

ferre possint: id quod etiam brevi ipsos
 faciat mihi polliceor.

POLITICUS.

Quod indignis sese minime notos fa-
 ciat, id ipsum & ego æquum censeo.
 Annon autem ex tot hominibus ullus
 foret tali fraternitate dignus censebi-
 tur? rem miseram! Nec tamen adhuc
 habet, quantum equidem mihi scire li-
 cet, compertum est, quod verus certus-
 que aliquis Rosæ Crucis frater sese ali-
 cui revelaverit. Annon igitur, inquam
 inquit, inter tot dignus aliquis sit, cui
 fratres isti sese non revelarent?

TYROSOPHUS.

nam in hacce vita viatores & pere-
 grinum saltem simus, & ad cœlestem pa-
 triam anhelemus, nullum equidem mi-
 nus est, quod peregrinus aliquis viator
 non viatorem peregrinum nō semper
 agnoscat. Multi tamen illorum sunt, qui
 in propria sua patria, propriis bo-
 nis domiciliis, &c. peregrinantur, idq;
 in eternæ & cœlestis patriæ confide-
 re. Sin hæc ita? Cur igitur & fra-
 tres Societatis sese coram animis
 quos per omnia nondum

adhuc bene explorarunt, non occultet, quemadmodum etiam coram auribus, oculis, & linguis ignobilis plebeculæ, idque etiam tum, etiam si ab illa videantur, audiantur, atque appellentur? Vulgari dicitur in Proverbio: Lupi si fiat mentio, tunc ipsum proxime latitare post virgulta. Ita etiam plerumque fieri solet, quod frater alteri alicui fratri proxime affideat, & quandoque inscius alteri alicui subveniat, qui tamen ab ipso neque conspicitur, neque etiam agnoscitur.

POLITICUS.

Et hoc modo, uti audio, ego quoque alteri persuaderem, quasi aliquot auri tonnæ ante ipsum sitæ essent, etiam si easdem neque videre aut palpare possit. Si res denique ad tale refugium dirigendæ sunt, tunc quilibet rusticus Wetteravicus istiusmodi cothurnum formare posset. An hæc ingens, summe scilicet illuminatorum Rosæ Crucis fratrum, ars & scientia?

TYROSEPHUS.

Quo melius tamen, domine Politice, intelligere & percipere possis, quod unus vel alter istius ordinis frater, sese inquam

quam in persona conspicuum præstantissimis medicamentis, in periculotissimis ipsorum morbis, subvenerit: iccirco tibi D. Moltheri Vetzlaræ relationem in memoriam revocabo, qui à viro quodam, qui anno 1615. illic transierat, testatus est, quod non solummodo sese Roseq Crucis fratrem professus fuisset, sed etiam multifaria eruditione, omnisque generis rerum scientia, verbis & operibus ita sese tum temporis exhibuisset, ut ejus singuli mirati fuerint, quemadmodum in ista ab ipso D. Molthero formata relatione copiosius, & juxta omnes circumstantias, videre est.

POLITICUS.

Quis scit, quomodo cum relatione ista res cōparata sit? Multa scribuntur & imprimuntur, nec tamen sequitur, quod ideo omnia vera esse oporteat.

TYROSOPHUS.

Non opinabor, domine Politice, te tantam in D. Moltherum collocaturum diffidentiam, qui non tantum ob gradum suum, quem in Medicina summa cum laude consecutus est, præcipua & fide digna persona, sed etiam ejusdem

E 5 urbis

urbis Vetzlariensis Physicus est: Tum etiam eo magis, quod istam suam relationem Perinlustri Comiti ac domino, domino Joanni Seniori, Nassovio-Dilleburgensi Comiti, &c. inscripserit. Minime igitur nunc credam (quemadmodum etiam veritati neutiquam consentaneum) D. Moltherum domini istius Comiti, procul dubio ejusdem rogatu proprio, à veritate contraria exposuisse.

POLITICUS.

Posito, quod historia, veluti à D. Molthero describitur, in ipsa rei veritate ita acciderit, incertum tamen est, an peregrina ista persona (quæ civi alicui Vetzlariensi, circa vesperam ex lupuli suo horro domum contendenti, obviam facta, & cum ipso de omnis generis rebus, herbis, radicibus, morbis, illorumque curationibus colloquium habuit) verus rectusque Rosæ Crucis frater, an vero Nigromanticus aliquis extrinsecus pelle ovina obtectus, intrinsecus vero lupo rapax, immo nequam ipsa incute fuerit?

TYRO-

TYROSOPHUS.

Tale quicquam de persona minime cogitandum, ad id nobis haud immerito D. Moltheri testimonium ansam occasionemque præbere deberet, utpote qui expresse de viro illo peregrino testatur, ipsum omne illud, quod modo ipsi forte fortuna ex SS. Scriptura oblatum propositumque fuerit, illico, absque ulla hæsitatione, vel singulari aliqua præmeditatione, elegantissime exposuisse, quæ testimonia etiam illum ipsum, ad demonstrationem virium rerum omnium, copiose usurpasse, eademque ex locis suis recte allegasse, & de verbo ad verbum memoritur recitasse: adeo ut manifesto colligi potuerit, ipsum in SS. literarum lectione exercitatissimum fuisse. Nihil insuper, quod hæreticum fuerit, in ipso depræhendi potuisse, aut quod forsitan cum ipso verbo Dei non per omnia convenerit. Cumque, præterea, singularis in eo devotio apparuerit, iccirco etiam in nullam magicæ artis, vel dolosæ excæcationis suspicionem ipsum trahi potuisse.

Illum ipsum etiam verum Rosæ Crucis fratrem fuisse, istius fraternitatis requis-

requisita testantur, quæ in pegrino vir-
 isto deprehensa sunt. Primū n. Medicin
 addictus fuit, juxta primam ipsorum le-
 gem, Fama p. 19. *Nemo ex illa societate aliam
 confessionem profiteatur, nisi curandorum a-
 grorum: idque omnino frustra & gratuito.* Se-
 cundo, quod ad se adductam personam
 gratis, absque ulla recompensatione, cu-
 raverit & sanitati restituerit, & juxta L
 Moltheri relationem, sese eo declaravi-
 rit, quicquid nimirum ægris bene pra-
 stare possit, id sese facere, omnia tamen
 frustra, & absque ulla retributione: nu-
 la insuper pecunia indigere, & licet qui
 sibi invito pecuniam obtrudere velit, i-
 lam tamē sese minime accepturum, v-
 tamen, antequam vespera accesserit, i-
 lam inter pauperes distributurum esse.

Tertio, quod non splendidis, se
 vulgaribus nostræ regionis usitatis co-
 venientibusque vestibus incesserit, ju-
 ta secundam ipsorum legem. *Nullus ob-
 gatus sit, ut, fraternitatis causa, certam peculi-
 remque aliquam vestem gestitet, sed commu-
 nem regionis morem observet.*

Quarto, quod, ad propositam si-
 quæstionem rotunde atque categori-
 se

sefe declaraverit, quod nimirum ordine
 tertius in fraternitate Rosæ Crucis sit,
 & quod adhuc duo, pari gradu, sese in vi-
 cinia ista detinerēt, juxta quintam ipso-
 rum legem: *Verbum R. C. ipsorum sigillum,
 tessera, & character esto.* Ad quod denique
 & hoc accedit, quod non solummodo
 omnium radicum & herbarum internā
 naturam & vires exacte noverit, sed et-
 iam tanta eloquentia, multarum rerum
 linguarumque experientia & scientia ita
 præditus fuerit, ut auditoribus

*Arrectæque horrore coma, & vox faucibus
 hesit.*

Similiter quod occultas, & in aliis circū-
 jacentibus pagis factas, res, item q̃ alii a-
 libi de ipso locuti fuerint, sciverit. Super
 hæc omnia, quod publice confessus sit,
 & omnium populorum linguas nosse,
 quemadmodum etiam D. Moltherum
 in quot exoticis linguis, postquam pri-
 mo illum adiisset, an easdem intellige-
 ret, compellavit. Simili quoque modo
 quod Brioniam, id quod tamen aliis ho-
 minibus factu impossibile, absque ulla
 ulsea, superflue quasi manducaverit,
 & sese tali victu corporis sui vires con-
 servare

servare, dixerit. Item quod Astronom
& Astrologiæ exactam notitiam hab
erit, & res futuras, quæ postmodum
ipsa rei veritate ita contigerunt, præc
xerit. Item quod testatus sit: Omnia si
nota esse, quæ etiam in universo terr
rum orbe acciderēt. Nihil enim tam ra
ipsi propositum, quo de non certam r
tionem reddere, & nihil unquam tai
fuit difficile, quod non potuerit. Ex qu
bus omnibus cuivis colligere & vider
est, quod peregrinus ille vir verus cer
tusq; Rosæ Crucis frater fuerit, quoc
que consequenter vera certa que C. F
fraternitas reperiat, qui, quemadmo
dum in ipsorum Fama & Confession
legitur, talia præstare possint, quibus d
in scriptis suis, certo veritatis fundamē
to vere gloriantur.

QUIRINUS.

Quisquis igitur nunc vir ille pere
grinus fuerit, nihilominus tamen denique
apud D. Moltherum veritati peperci
dum non solummodo ipsi est pollicitus
quod brevi ad ipsum reversurus esset, se
etiam quod ipsi diem horamq; istius su
revel

reversionis prænominaverit, nec tam en-
tenore D. Moltheri literarum, nunquam
iterum comparuerit.

TYROSOPHUS.

Verum, mi domine Quirine, idem il-
le D. Moltherus & porro quoque ita ait:
Quod autem ille (vir peregrinus) non rever-
sus fuerit, id fortassis non absque serius causis
factum est. Ut quis scire poterit, quid in
eo virum impediverit? Fieri quoque po-
test, ut non solummodo vice unica, sed
aliquoties, in alio, vulgoque incognito,
habitu, apud D. Moltherum fuerit, &
clanculum ipsum in fraternitatis ordi-
nem receperit. Cujus rei causa non con-
temnenda conjectura teneor, ob hac
in re mihi quodammodo suspectam, be-
ne tamen notam, personam, quæ, paucis
hinc ab annis, aliquoties ad D. Molther.
profecta, me sæpius istius profectionis
comitem expetivit, id quod tamen, aliis
occupatus, præstare nondum potui.

POLITICUS.

Mi ambo domini, bona vestra venia, &
ego quoque dictis quædam addere ne-
cessum habeo. Si itaq; D. Moltheri lite-
ras aliquanto exactius legatis, depræhē-
detis

detis, quod in illis scripserit, se, artificiosum fratrem scilicet, D. Molthero quidem diem horamque, quib⁹ ipsum præstolari D deberet, prænominaſſe nota-
men, quando reverſurus eſſet, ſignificaf-
ſe: nūc igitur promiſſis ſuis quodāmodo
ſatiſfecit dū D. Moltherus ipſius adven-
tum præfixo tempore, abſq; ullo dubio,
expectavit. Sed non rediit. Cur? Ideo D.
Moltherum ipſum præſtolari debere,
ſaltim dixerat. Et poſito, ſe reverſurum
eſſe, ipſum promiſſiſſe, cur tamen id non
fecerit, ejus rei cauſam penitus ignoro,
cum tamen illud, quod ipſi poſtea fuit
obſtaculo, tāquam glorioſus omniſcius
Poeta, haud immerito vidiffe debuit.
Cum vero impedimentum jam ante vi-
derit, ideo etiam reverſionis ſuæ promiſ-
ſionem intermittere debuiffet. Promiſſa
itaque perſona cognoscere minimè poſſu-
m, an ille, ſua ſponte Roſæ Crucis
fratrem ſeſe profeſſus, peregrinus ve-
ram, nec fucatam, cum D. Molthero a-
micitiā aluerit.

TYROSOPHUS.

Quod mi domine Politice, ais, Pere-
grinum illum, Roſæ Crucis fratrem,
Vetula-

Vetzlariz D. D. Molthero de revertendo nihil promississe, sed saltem, ipsum hoc vel illo, tempore adventum suum præstolari debere, dictitasse, in eo tibi Germanorum proverbium benè notum est, dum inquit: Dominus luce crastina, vel perendie circa 2. 3. vel 4. horas, me expectet: quibus tantum dicere videntur: Ego, isto tempore certo & indubitato ad Dominum venturus sum. Cur tamen nihilominus non reversus ille fuerit, procul omni dubio, (iuxta ante factam meam responsionem, & D. Moltheri literas) gravissimas eius rei causas illum habuisse oportuit, quæ à semel facta sua promissione ipsum retardarunt atque detinuerunt. Nec ipsum, mea quidem pro persona, amplius defendere potero. Quod autem antea præviderit, quæ in futurum impedimenta incidisse debuerint, de iisdem ipse ego, mea pro simplicitate, ita iudico: Licet illud, quod hinc inde accidit, & unus, vel alter, cogitat, in præsentia videant sciantque, nihilominus tamen futura ipsis minime nota esse.

F

QVI.

QUIRINUS.

Postquam, Domine Tyrosophe, hactenus de Roseæ Crucis fratribus sufficienter tractaverimus: iccirco nunc rogo, quid tibi, de promissis ipsorū reformatione & abrogatione sub- & obreptitie intercurrentium vitiorum omnibus in Professionibus, videatur? præsertim, quod in Academiis Ethnicum fermentum abrogari, &, illius loco, juvenus in verbo *Dei* institui debeat.

TYROSOPHUS.

Qui ipse in corde suo non vulgarem aliquam reformationem omnium *Statuum* & Professionum exoptat, is, meo quidem pro judicio, nō aliter, quàm pro pseudo Christiano habendus est.

QUIRINUS.

Nihilominus tamen eorum permulti sunt, qui existimant, licet omnium *Statuum* reformatione benè opus esset, illud tamē in Academiis omnino esse superfluum: quemadmodū etiam illi duo, qui nuperrimo tempore, in minus nominata, bene tamen nota *Uniuersitate*, illud inchoare conabātur, experti sunt.

T. Y.

TYROSOPHUS

Ejus rei causa est, quod, illic omnia harmonice procedere, sibi persuadent.

POLITICUS.

Quid igitur etiam nunc desit, quod illic nō ordine omnia peragatur? Quod autem præsertim fermenti Ethnici facta fuerit mentio, & eo ipso Poetarum libri intelligantur, benè tibi, mi Domine, ipsi notum est, quod optima ex ipsis edificatur Rhetorica. Quocirca, quantum equidem ego judico, juxta SS. Scripturam, salva conscientia commode usurpari poterunt.

TYROSOPHUS.

Illud autem Ægidius Gutmannus, & Ioānes Sperber/in Germanicis suis Scriptis, omnino negant. Simili quoque modo, & Theophilus Schvicardus, in Speculo suo Sophico, pag. 17. ita ait: *Memento, mi fili, quomodo jam cum Studiis nostris comparatum sit. Pauca saltim (nemine contempto, omnes siquidem fideles mei Preceptis fuerunt) obiter percurram. Proficiscere ad Universitates, Academias, Gymnasia,*

& scyolas, quas modo velis, & tunc majori
 parte invenies frivolas temerariasque alterc
 tiones, inutiles quaestiones de sensu hujus, vel
 lius Aristotelici, Platonici, vel alterius alic
 ius Philosophici textus: multas centenas d
 putationes de rebus dubiis, quibus de si te extri
 ca veris, idem scis, quod antea: rarò enim aliq
 materia realiter & verè enucleatur. Illic na
 tura dimensa experimenta, & intellectu
 vel sensuales rationes minimè observantur
 sed ut plurimum illius, vel alterius, cuiusdam
 opinio recta est, & recta manere oportet, licet
 iam ipsam naturam retrò pellere debeat. Igr
 scant mihi Doctores & Professores. De om
 nibus enim in genere nunc non loquor, sed de p
 ribus, quibus (si se ipsos examinare velint)
 ad stipulandum illi ipsi illud existimabunt.
 ut sit, quae sibi consultum vult, in tempore id
 ciat. Interim tamen neque Aristotelem
 Hippocratem, Ramum, Paracellum,
 id genus Scriptores alios prohibeo, si
 error ille, auxiliante divina gratia, lun
 ne Naturæ corrigendus est.

In eo primum Panosophicæ Sapient
 fixum est initium, quo de tamén nu
 non disputabimus. Si enim omnia, ex
 gente necessitate, definire, vel tolle

ve

velimus, tunc quoque Simonix nobis
 facienda esset mentio, quæ in Promo-
 tione Doctorum Theologiæ, sæpissimè
 usurpatur. Ne autem expeditionē hanc
 ce non immeritò ita inscribam, M. Va-
 lentin. Weigeli verba ex suo de permis-
 sione Tractatu pag. 23. opinionē meam
 strenuè defendere videntur, quæ sic ha-
 bent: *In Academiis quid aliud queritur, quàm
 honor de aliis? Quapropter hic Magister, ille
 Doctor, & quidem Doctor Theologia creatur.
 Donis bonisque honorem sibi comparant, quem
 tamen Christus discipulis suis prohibuit: & ni-
 hilominus tamen y esse volunt, qui fidem Chri-
 stianam doceant & conservent. Nostri Magi-
 stri & Doctores esse volunt, quamvis Doctora-
 lem honorē tanta voracitate & avaritia qua-
 rant, ut si similem honorem odio persequantur, si
 sibi e se sibi compararunt, nec ullum emerge-
 re vel sibi assidere patiuntur, qui non idem no-
 mine habeat. Et si ego, aut alius quispiam, id ne-
 gare velimus, nihilominus tamē divini omnia
 irradiantes oculi nos convicturi essent, quod
 Academia gloriā nostrā, in genua pro-
 sternamus, pecuniam erogemus, nuptias & opipa-
 ra in vivia instituamus, idque cum primis ea
 causa, ut, comparata nobis auctoritate tali,*

respiciamur ab hominibus: nec tamen audire volumus, quod adhuc simus increduli.

QUIRINUS.

Etiam si, Domine Tyrosophe, res alter lese nō habeāt, &, de eo amplius disserendi, nobis sufficiens adhuc super materia, nihilominus tamen illud, cui proposito nostro parum inserviat, nunc suo loco relicturi sumus.

POLITICUS.

Imò, mi Domini, contrarium me vobis aliquādiu exhibere debuissim: Cui tamē, mea quidem pro persona, Doctoris alicuius nomen minime geram: iccirco quiescam, & illis, quorum interest, defensionem uberiores demandatā volo. De artificiosis fratribus itaq; nunc ulterius colloqui incipiamus. Quæro igitur ex te, mi Domine Tyrosophe, sitne veritati consentaneum, quod, juxta ipsorum (fratrum) prætensionem, quadringentas linguas diversas calleant?

TYROSOPHUS.

Quamvis mundus, totius firmamentum respectu, satis quidem exiguus, in seipsum tamen satis magnus est, & à raris diversis modisque populis incolitur, meo tamē

projudicio multum esset, si quadringēta linguarum genera reperiantur. Ut ut sit, cum res nullus Religionis articulus, iccirco etiam hac in re nihil certi concludere aut volumus, ve etiam possumus, sed illud in mediocritatis Statu relicturū sumus.

POLITICUS.

Posito autem, quod tot linguæ sint, tunc, meo quidem iudicio, multifarium Germanicum, Gallicum, Italicum, Hispanicum efficiēt. Exempli gratia, Germanicum Belgicum, Superius, & Helveticum Germanicum &c.

TYROSOPIUS.

Iuxta istiusmodi numerādi speciem, plura equidē linguarum genera reperiēda essent. Pro consueto tamen more & Stylo numerandi, nudas dumtaxat linguas videlicet, & quomodo una ab altera, juxta singularia sua idiomata & proprietates, separata sit, tunc non adeo incredibile illud esse statuo. Cum tamē in *Fama & Confessione*, tamquam fide dignis Scriptis, nullus in specie certus numerus definitus sit, iccirco etiam pro nulla certitudine illud venditurus sum.

POLITICUS.

Quotquot autem nunc illarum sint, nihilominus tamen adhuc nōdum ideo credo, quod putatitii roseæ Crucis fratres omnes illas calleant.

TYROSOPHUS.

Quid, Domine Politice? An non existimas Deum adhuc tam Omnipotentē esse, quā ante 1587. annos, ubi, ipso adhuc durāte festo Parasceves, Apostolis per Spiritum S. Sapientiam variarum linguarum eloquendarum communicavit?

POLITICUS.

Res ista, mi Tyrosophe, longē se habet aliter. Dilecti enim Apostoli ista Scientia, ad ipsorum officium, diversas Nationes atque Populos convertendi, necessefariō indigebant. Vbi autem, obsecro invenitur, quod istiusmodi, in universa terrarum orbe concionandi, officium roseæ Crucis fratribus demandatum fuerit? Si verò omnium linguarum Scientia non opus habeant, tunc etiam minime statuendum est, quod illa, tamquam superflua essentia, ipsis data fuerit. **A**

hæ

hæc, Domine Tyrosophe, ex textu 2. ca.
Actorum demonstrare minime poteris,
 quod quilibet Apostolus, per se & indi-
 viduo, omnium linguarum in specie ca-
 pax fuerit. Quocirca etiam Domini
 Quirini ea de re opinionem percipie-
 mus. Quid tibi videtur Domine Quiri-
 ne de Apostolis, an omnes, ab accepto
 Spiritu S. & quidem quilibet inter illos
 in specie, omnium universi terrarum Or-
 bis linguarum habitis factus fuerit? aut
 an omnes & singuli, antequam nullam
 exoticam linguam calluerint, donec il-
 la, iis cum populis, ad quos, impulsu Spi-
 ritus S. ad illorum conversionem, perve-
 nerunt, ad loquendum necessario opus
 habuerint? Exempli gratia, quod Petrus
 tres, aut quatuor, hic Iacobus & An-
 dreas verò tres vel quatuor minime cal-
 luerint: & ita quilibet plures linguas ne-
 scivit, quàm cum Populis de fide differe-
 re debuit.

QUIRINUS.

Idem illud, mi Domine Politice, etiã
 ante aliquot annos mea fuit sententia, &
 plurimos homines, hac in re, nobis ad-
 stipulaturos esse mihi polliceor, si huius

F

S

rei

rei causa mentem suam explicare debebant: cum textus, à quarto usq; ad quintum versiculum, inclusive ita sonet. *Et spiritus S. singulis inter illos infidebat, & omnes erant pleni Spiritus S. & concionari incipiebant aliis linguis, quemadmodum illis Spiritus eloquendi facultatem largiebatur. Erant autem Iudæi, Hierosolymis habitantes, pii viri omnibus ex populis, qui sub cælo sunt. Facta autem voce ista, multitudo conveniebat, & obstupefcebat. Singuli enim audiebant, quod suis illi linguis loquerentur.*

Videtis igitur, ambo vos Domini, quod primum quarto in versiculo Scriptum extet: *Et concionari incipiebant aliis (non omnibus) linguis, prout Spiritus ipsis eloquendi facultatem largiebatur. Secundo, in sexto versiculo legitur: Singuli enim audiebant, quod illi (omnes videlicet duodecim Apostoli) suis linguis loquerentur. Bene igitur cogitare possumus, quod dilecti Apostoli, tamquam Zelotes Concionatores, ob ingentem hominum multitudinem, hic ad illam, ille ad alteram Nationem (quales erant Parthi, Medii, Elamitæ, Mesopotamii, Cappadocii, Asiæ Inquilini, Phrygii, Pamphili, Aegyptii, Libii, Cyrenii, Romani, Iudæi, Iudæo que socij)*

67) sese converterit, illisque Evangelium in sua, auditorum, materna lingua predicaverit. Absit tamen à me, ut hac in re (cum nullus sit articulus fidei) aliquid certi concludere debeam: multo minus ut divinam omnipotentiam, hæc aut alia dona concernentem, negaturus sim.

POLITICUS.

Quid autem tibi, Domine Tyrosophe, de Lapidis Philosophici scientia videtur, quam Fratres apud illos saltim Paregon esse dicunt, cum tamen huc usque à multis summa Sapientia & credita & habita fuerit?

TYROSOPHUS.

Quod etiam summa Sapientia, qualis hoc in mūdo haberi potest, sit nullus sane mentis id negare vel in dubium trahere poterit. Quid enim amplius quis exoptaret, quam ut hoc in mundo vitam suam, usque ad præfixum tempus, vitam traduceret, & simul temporali subsidio haud destitueretur, ut hac ratione Studiis eo tutius tranquilliusque
invi-

invigilare, & ita hac ratione omnia mundana negotia seponere & abrogare posset ? Quamvis igitur summa Sapiencia mundana sit, nihilominus tamē merum est Parergon, si ad Theologiam, & ad verum lapidem angularem fundatā fidem Christianam conferatur. Exinde igitur, mi Domine Politice, paucis verbis colligere poteris, quo pacto videlicet bono jure Parergon nominari possit.

POLITICUS.

Et hoc modo nō solummodo Fraternitati est Parergon, sed etiam unicuique vero Christiano, qui eius rei gratia exactam habet notitiam.

TYROSOPHUS.

Verum est quod dicitis. Iuxta verba enim Domini Christi, Regnum Cœlorum, tamquam Ergon, semper præcedere oportet.

POLITICUS.

Eo ipso tamen potentia lapidis Philosophici, vel Tincturę metallorum in aurum, nondum demonstrata est, quibus de adhuc in hodiernum diem multi doctissimi viri dubitant : quamvis tamen non-

nonnulli cōcedant Theophrastum Paracelsum artem istam calluisse.

QUIRINUS.

Quomodo autem rem in dubium trahere, & tamen simul concedere possunt, quod Paracelsus eius rei artifex fuerit?

POLITICUS.

Ad hæc Domino respondetur, quod illud in se ipso pro minus naturali re habeant. Licet verò nō eant inficias, quod Theophrastus fecerit, nihilominus tamen illud Necromantię tribuunt, utpote cuius beneficio illud in effectum deduxerit.

TYROSOPHUS.

Intempestivi autem isti iudices in Domini Michaelis Mayeri Symbolis aureæ Mensæ legere deberent, quid videlicet, hoc in puncto, pro & contra possibilitatem Lapidis, inter artis istius assertores, eiusdemque hostes, disputatur, tunc enim, meo quidē pro iudicio, præconceptam suam opinionem mox dimissuri essent.

POLITICUS.

Scribant quicquid velint. Multa scribun-

buntur. An igitur illud est Oraculum?

TYROSOPHUS.

An igitur Dominus existimat, quod, absque Necromantia, Naturæ impossibile sit, ut Tincturam perficiat, & aurum præparet?

POLITICUS.

Certum est, quod auri naturalis sedes in terra sit, in qua vim suam *πλαστικήν*, vel virtutem, generare solet. Sequitur igitur, quod alio in loco comparari nequeat.

TYROSOPHUS.

Quod aurum conficere non sit impossibile, de eo breviter Dominum informaturus sum. Si conficiendi auri efficacia in subiecto aliquo naturali haberi potest, tamquam forma vel materia agentis vivi, aut admodum vulgaris, vel imperfecti, & ita purificari potest, ut materia ista naturalis & finalis reddatur. Si igitur materia & forma ista in decente suo pondere conjungi possent, idque leni, nec violento aliquo efficiente, ne forsitan unum excedat, & alterum pessundet, sed cum motu aliquo reciproco am-

boad

boad talem finem sese moveāt, ad quem vis formalis inclinare videtur, impossibile tunc est, quod non vera vis aurifica, auri conficiendi virtus, in materias producat, & ex ista forma eliciatur, quo, si vis ista habeatur, aurum ex eo, quod non est aurum, sed argentum vivum, commode præparari poterit.

POLITICUS.

Omnia ista bene percipio. Sed tamen omni tempore requiritur: Si nimirum hoc, vel illud haberem. Haberem, incertum: aut habeo, bona avis est.

TYROSOPIHUS.

Expectet tamen Dominus paulisper, donec verba mea absolverim. Quod enim supra posita requisita vera sint, ut tali modo haberi, foveri, & moveri possint, illud experimenta testantur. Sequitur igitur quod & sequentia vera esse & manere oporteat.

POLITICUS.

Videtur mihi, argumentū illud, quod Dominus, ad conficiendi auri demonstrationem, jam in medium attulit, nondum stius esse importantiæ, qua illius intentio assequatur.

TYRO-

TYROSOPHUS.

Imo, Domine Politice, lubens, quid huic argumento deesset, perciperem: ex quatuor causarum generibus, quatuor diversis proprietatibus &c. desumptum est: & si illa vel per artem, aut per naturam, decente more coniungantur, tunc illo, quod quæsitum fuit, aliquis potiri & elicere poterit.

POLITICUS.

Cum itaque Dominus conclusio isto tam firmè nitatur, iccirco etiam omnib. modis eidem incumbet, ut sex demonstraret: Ex tot enim partibus illud comprehensum est. Primò: quod vis aurifica in subiecto naturali haberi possit.

TYROSOPHUS

Et cur hoc non? I. Materia enim, quæ auro proximè vicina, & qua natura in auri præparatione utitur, per se nota est. Quod si quis credere nolit, is saltem prima auri initia (quæ auri cunabula alias appellantur) intueatur, quæ quomodo comparata sint, illud diversis in Scriptis & libris satis superque declaratur. II. Quod autem & materiæ vulgari argenti
vivi,

vivi, & imperfecti, tali modo purificari possit, ut naturali matetiei æquiparetur, imo illa ipsa fiat, illud Geber demonstrat, qui in Tractatib. suis nihil agit amplius, quàm quod immundum purificet, fæces abluat, aqua & igne separaret, purificatum sublimet, & per destillationem à heterogeneis suis separaret. III. Etiam hac in re coniunctio materiæ & formæ, sub certo aliquo pondere requiritur, in quo sane ars potior sita est. Qui enim illud, quod alias ad idem pertinet, coniungit, illud, quod dividendum est, dividere norit, utpote in primo Similata, quæ unius naturæ & proprietatis: in ultimo Heterogenea, quæ diversi generis sunt. IV. Tranquillum, nec violentum efficiens, causa operans, ignis est, contra naturam & elementarem ignem, qui æquè haberi poterit. V. Eo modo etiam foveri & sustentari potest, ne videlicet unum plus justo excedat, & alterum pessundet, aut tollat, quemadmodum ova à gallinis excluduntur, & idem in Ægypto peculiariibus quibusdam in fornacibus perficitur. VI. Ut motu reciproco moveatur, veluti pullus in ovo, & vermis in ligno, qui semper lo-

sum suum mutare & erumpere cōnantur. Videt igitur Dominus, quare ratione nimirum sex istas partes ex natura & arte bene probaverim & demōstraverim. Ex quibus liquido apparet, cum illa omnia ex decente artificis dispositione fieri, & recte dirigi possint, quod etiam hæc ars possibilis, & non præternaturalis, sit.

POLITICUS.

Cum igitur Roseæ Crucis fratres, quemadmodum prætendunt, tam insigni & sublime opus præstare possint, eur, obsecro, illud nō in effectum deducunt? Cur, quæso, isto suo tam pretioso thesauro tot miseris, fame contabescen-
tibus, pressisque hominibus non subveniunt? Cur aliquot florenorum millia non hinc inde in Xenodochia distribuunt, in quibus tamen tot innumerabiles miseri debilesque homines reperiuntur.

TYROSOPHUS.

Ita mundus judicare solet. Nisi enim illi illico obtemperetur, & omnia de auro & argento in promptu sint, tunc illi-
co etiam quis contemnitur & repræhē-
ditur.

ditur. Præfixum tempus nondum adest. Si vero illud tandem appropinquaverit, tunc ad obiectionem istam responsiologum suum bene inveniet.

POLITICUS.

Jam jam alterius alicujus pūcti recorder, quod, meo quidem pro judicio, nō solummodo ridiculum, sed etiam nimis inconforme est, ut homo mortalis, quales sese Roleæ Crucis fratres, si qui etiam in rerum natura sint, esse profitentur, ea dere gloriari debeat. Quocirca, Domine Tyrosophe, judicium tuum explorare necessario necessum habeo.

TYROSOPHUS.

Quale igitur punctum est, Domine Politice? ad illius responsionem me Dominus promptum paratumque inveniet.

POLITICUS.

Societas illa inter alia prætedit, quod Scibilia, artes, & quæ homini scitu necessaria atq; utilia sunt, scire possit, imo quæ etiā in longe diffitis provinciis, ad exteriore usq; Indias, accidāt. Videat igitur

nunc Dominus, quo tandem res redeat, si Philautiæ & stultæ rationi nimium tribuatur? An non enim, obsecro, grande peccatum est, quod homo illud sese scire gloriatur, quod tamen supra & contra humanæ naturæ vires, & multo potius divinæ, quam humanæ scientiæ est indicium.

TYROSOPHUS.

Mi Domine, prætendunt quidem illud, sed tamen cum differentia. Ita enim sese declarât, quod ex visitatione diversorum peregrinorum locorum, exploratione sive indagatione novarum nuperimo tempore gestarum historiarum, lectione publicatorum librorum, & collatione eventuum, cum causis suis antecedentibus, tamquã singulari aliqua Physiognomia, ad quod insuper observatio constellationum & corporum cœlestiũ accedit (ex istis & similibus inquam) multas futuras res antea cognoscât, præteritarum iterum recordentur, & præsentium providam necessariamque curam suscipiant, atq; adeo absentes quasi præ oculis videant.

POL

POLITICUS.

Talem equidem in modum illud bene concessero. Quam autem illi, cæteris præruditis hominibus, qui æque illud præstare poterunt, etiam si fraternitati istinon addicti sint, hoc in casu præeminentiam habebunt?

TYROSOPHUS.

Extra omne dubium est, quod Roseæ Crucis fratres, per tot insignes observationes & media, multo acutius & clarius videant & iudicent, quam alii, qui mediis illis destituti sunt, utpote quorum iudicium & cognitio ratione acuitur, & experientia vehementer confirmatur. Legat Dominus Clypeum Veritatis, Anno 1618. impressum, in quo sufficienter demonstratur, quomodo videlicet tria specula singulari arte præparanda sint, in quibus noctu apud plenilunium videre aliquis possit, quid in terræ hemisphærio sub libero cælo accidat.

POLITICUS.

Illud autem, Domine Tyrosophe, magicæ artis beneficio fieri existimo:

quomodo enim naturaliter istiusmodi specula possent confici?

TYROSOPHUS.

Certum est, quod istiusmodi speculorum confectio, ad Mathesin quidē quod attinet, iusta & certa sit. Cœlestis tamen influentia quoque ut accedat necessum est: quo facto locus ille, quem quis habere desiderat, non solummodo facile inveniendus, sed etiam omne apparet, quod amplo cœlo subjacet, in proportionabili magnitudine, forma, & specie, utpote urbes, montes, arces, pagi, aquæ, sylvæ, &c. Quod autem illud non magica sed naturalis ars sit, id in dicto isto, Veritatis Clypeo expresse probatur atque demonstratur, quomodo nimirum istiusmodi specula conficiēda sint. Sed, sepositis istis nunc omnibus, Domino jam exemplum supra dicti viri, qui Anno Christi M. DC. XV. R. C. fratrem Vetzlariz sese professus est, & multa mirabilia isto in loco perfecit, in memoriam revocabo: Quo de D. Moltherus, Reipublicæ illius Physicus, expresse testatur, ipsum illud, quod in disito aliquo pago accidisset, tam tenaciter & accurate

te c.

te enumerasse, non secus ac ipse in persona propria rei interfuisset, illamque oculis suis conspexisset. Imò, quod in illa ipsa persona apparuerit, quasi omniũ totius naturæ consiliorum particeps & gnarus fuerit : hoc est, ipsum ferme omnia, quæ in mundo contingunt, scivisse. Nihil enim ipsi adeo rarum proponi potuisse, quo de non certam rationem reddidisset.

POLITICUS.

Vulgari dicitur in proverbio: Una hirundo non facit ver. Etiam si igitur larvatus iste Ros. C. frater Verzlariæ sese cōspicuum reddiderit, nihilominus tamen exinde minime sequitur quod istiusmodi Societas, quemadmodum in Fama & confessione fingitur, in rerum natura sit. Quæro igitur ex Domino, num credat, quod hodierno nostro tempore tam illuminati viri, vel R. C. Fratres reperiantur.

TYROSOPHUS.

Ad hæc iterum ego interrogo, quemadmodum antea in quæstione de linguis factum est, an non Deus

G 4 hoc

hocce tempore, quemadmodū & ante
hac, etiam tam sit omnipotēs. Istiusmo-
di enim Collegiorum, veluti D. Michael
Mayerus illius rei mētionem facit, apud
Ethnicos novem fuerunt. Cur igitur &
hodierno nostro tempore non simile, &
quidem adhuc largius dotatū, colle-
gium inter Christianos habeatur? Se-
queretur enim, quod Deus filiis suis non
tam esset propitius, quān olim Ethnicis
fuiſſet.

POLITICUS.

Non ita, mi Domine: Etiam si enim
Ethnici istiusmodi scientiam habuerūt,
nihilominus tamen vera Dei agnitione
destituti fuerūt. Quocirca etiam omnis
ipſorum ſcientia, ob defectum ſummi
boni, pro nihilo æſtimata fuit: cum, vice
verſa, etiam omnium pauperrimus, zelo
ardens, Christianus in ſimplicitate ſua
multo ſit beator, quān omnes cæteri
mundani Sapientes Ethnici.

TYROSOPIHUS.

Regnum cœlorum quidem omnibus
temporalibus bonis præferendum eſſe
certum eſt: nihilominus tamen Chriſtus
ait,

ait, quod in illius acquisitione cætera omnia (id est: omnis generis Sapiaentia) nobis adjicientur.

POLITICUS.

Quod Dominus ait, id est: omnis generis Sapiaentia, & fortassis etiam conficiendi auri artem subintelligit, id sua est explicatio. Illam tamen ego minime Canonica m censeo, sed multo potius indubitato statuo, quod, in verbis Domini & Seryatoris nostri Iesu Christi, per addens post regnum cœlorum panis quotidianus intelligatur, vel, ut latius exprimatur, omne illud, quod ad temporalem sustentationem pertinere videbitur: utpote literato alicui viro ingeniosum caput, & acutus visus. Opifici, Scriniario, Carpētario, Victori, Serrario, fabro &c. robur corporis, Tabellario, boni, ad currendum pedes, & ita subsequenter unicuique, quod ad ipsius opificium necessarium est. Videte igitur, Domine Tyrosophe, & tu Domine Quirine, ambo ista, regnum cœlorum, & temporale subsidium, Deus in genere nobis est pollicitus. Queramus illa igitur, & incertam, nec proprie promissam Lapidis Philosophi-

sophici quæstionē intermittamus , ne,
si semper incassum laboravimus , tam-
dem, propria nostra culpa & stultitia, &
ipsi egere necessum habeamus.

QUIRINUS.

Quod autem glorientur , quasi non
solummodo in Theologicis , sed etiam
omnibus aliis in scientiis doctissimi , i-
mo adeo perfecti sint , vel tamen hac in
vita ita perfecti fieri possent, qualis Ada-
mus ante lapsum fuerit. Quæ hæc de re
Domini est opinio?

TYROSOPHUS.

Magis , quàm benè , Domine Quiri-
ne, tibi notum est, quod Adamus ante la-
psum in statu gratiæ fuerit. Erat, præter-
ea, paucis verbis ut dicam, quod res est,
summus & præstātissimus, qui umquam
vixit, Philosophus. Ad statum gratiæ i-
gitur nunc quod attinet , in eo quilibet
rectè credens Christianus est, qui, ob ad-
missa peccata, serio dolet , & strenue sibi
tamdem vitæ emendationem auxilian-
te Christo quotidie proponit : quemad-
modum etiam Florentinus de Floren-
tia,

tia , in suo , quem Iesus nobis omnia inscripsit , Tractatu , ita ait : *Et hac Fraternitatis brevès ac descripta est opinio usque ad tempus aliud , non quod omnes homines similes fieri debeant : Plurimi enim indurati & impii , sed quod credentes , qui D E O purum celebrant Sabbathum , erunt veluti Adamus in Paradyso. Eadem enim Pura conscientia , & quies in Christo , Paradyssus est. Ad ipsam vero Sapientiam , quam Adamus , ante lapsum habuit , quod attinet , illa , quotidiana experientia teste , non ideo unicuique tribuitur.*

POLITICUS.

Quidam tamen homines opinantur , qui plerumque à Pastoribus Enthusiastæ appellantur , hoc saltem deesse , quod illud homines in quotidiana precatione non expectant. Et cum nunc illorum hominum mentionem faciam , opinionem meâ de artificiosis Fratribus iterum testatam faciam. Omnino igitur statuo , nisi , quemadmodum etiam supra rei illius facta mentio , unicum , mirabile , iocosum , facetumq; caput sit , à quo

quo toties dicta R. C. Fraternitatis Scripta proficiscuntur, tunc nihilominus tamen bene inter se invicem correspondentes quosdam Stenckfeldianos, qui alio etiam nomine Weigeliani nuncupantur, absque omni dubio esse, qui, postquam nuperrimis annis viderunt, quod aliquandiu tam ipsorum, quam illorum doctrinæ, exigua imo pene nulla ratio habita, multo minus approbata fuerit, istiusmodi Sesquipedalia Scripta, qualia *Fama & Confessio* sunt, multis phantasiis & ridiculis Somniis referta in publicum ediderunt, ut hac ratione aureorumque montium pollicitatione sensim homines in nassam suam pertraherent.

TYROSOPHUS,

Hæc vestra, Domine Politice, opinio, mea autem non talis est. Quod autem illos Somniatores & Philosophastros nomines, intermittere haud possū, quin tibi revocem in memoriam, quod non omnia somnia sive Visiones in genere contemnendæ sint. Intueantur siquidem Archipatres, & Patriarchæ, Abrahamus, Isaacus, Iacobus, Iosephus &c: Item

Pocil-

Pocillator, & pistor, Regis Pharaonis:
 Moses itidem, Daniel, Ioseph Christi
 Curator, Petrus, Paulus, & Ioannes
 Theologus: quid, obsecro, de ipsorum
 Somniis, vel Visionibus, iudicaveris?
 Continere me quoq; amplius non pos-
 sum, & quætere ex te libet, nunc Caspa-
 ri Stenckfeldii, & M. Valentini Weigeli
 (quorum mentionē facis) libros & Scri-
 pta umquam legeris, an saltim, aliorum
 ex relatione, illa pro suspectis habeas?

POLITICUS.

Me ipsorum Scripta numquam legis-
 se inficias ire nō potero: Quamprimum
 vero virilem togam assumpsissem, sem-
 per Stenckfeldii illius doctrinam, tam-
 quam erroneam & sectariam, in simula-
 ri audiui. Ad ipsum Weigeliū vero quod
 attinet, illius Scripta hodierno nostro
 tempore primum in lucem prodeunt,
 & à pluribus quoque expectuntur: attamen,
 quibusdam in locis, viris doctis in-
 suspensionem incurrunt.

TYROSOPHUS.

Ad hæc, Domine Politice, notum ti-
 bi facio, me itidem Stenckfeldii Scripta
 non

non legisse, nihilominus tamen (vulgariter de more) hæreseos insimulare nolo. Ad Weigelij Scripta quod attinet, licet illorum pauca legerim, attamen nihil mali ab iisdem me didicisse profiteor. Quomodo autem aliorum Scripta, quæ quidem nondum legi, comparata sint, illud adhuc suo tempore cognovero. Illud tamen me fateri oportet, quod sapius aliquantulum obscura videantur, præsertim, si, quemadmodum & alia vulgaria Scripta, obiter saltem & transcursoelegantur. Relinquamus tamen illa, & ad fratres nunc revertamur. Quocirca, mi Domine Politice, in cæpto tuo sermone progredi ulterius poteris.

POLITICUS.

Interrogo igitur, cur melius, quam jam commemorato modo, de ipsis statuendum sit, considerando, quod quidem omnes ad se pellegerunt, postmodum autem, cum ipsorum multi Scriptis nomina sua illis edidissent, illi nulla omnino responsione ab ipsis dignati fuerint. Sed, procul omni dubio, ex parte fratrum neminem domi fuisse credendum est.

TYROSOPHUS.

Id tibi, mi Domine Politice, nullum omnino mirum moveat. Etiam si enim Christus dixerit: *Venite ad me omnes, qui onerati estis, ego reficiam vos*: nihilominus tamen non omnes ad ipsum pervenerunt. Non enim quivis mundanus verberato ad id aptus erat, ut videlicet, ex exaltatione animi & arrogantia, ad Christianam patientiam humilitatemque suum sumeret refugium. Ita, & pari equidem modo, cum Dominis Fratribus, comparatum est. Iuxta enim ipsorum literas antea præsciunt, qua parte pedis calceus ipsos urgeat: nempe majori equidem parti ipsis agendum est de temporalibus bonis & divitiis, ut postmodum eò melius genio & luxuriæ inservire possent. Itaque quilibet, qui nulla ab ipsis responsione dignatus fuit, causam illius modo sibi ipsi, & effreni suo desiderio tribuere necessum habet.

POLITICUS.

Quid autem tibi, Domine Quirine, vi-

ne, videtur de eo, quod in fonte Gratia scriptum exstet, de 29. Novembris Anno Christi M. DC. XVIII. unius post anni curriculum *Elman Zetta* venturum, & Fraternitatis discipulos cōgregaturum esse: & quod tum, quemadmodū in The-
sauro Fidei videre est, primus iste revelationis terminus in Apocalypsi, ad 25. decembris Anno Christi M. DC. XX. prorogatus fuerit. Item quod neque secundus terminus servatus, sed quod is, veluti in Prodromo F. R. C. legitur, vice nunc tertia, ad 24. M. Ianuarii Anno Christi M. DC. XXIV. dilatus itidem fuerit.

QUIRINUS.

Omnibus in iis, ipsos serias, arduas, & memorabiles causas habituros, totus mihi polliceor.

POLITICUS.

Imò quemadmodum Scribæ, minus nominatæ, bene tamen notæ Uniuersitatis in Germania, cum refutatione novi, & juxta prætensionem ipsorum, hæretici Catechismi, quam (quod videlicet citius ad illam respondendi ipsis grave
diffici-

difficileque fuerit) aliquot annos suspēderunt: ita etiam fratres, meo quidem pro iudicio, etiam plus promiserunt, quàm præstare potuerunt. Quocirca tempus suæ revelationis eò magis, & eò latius semper extendere ipsos oportet, donec tandem promissiones in longam arcam, ad sempiternam quietem reponantur. Iam enim adhuc saltim tres anni ad ipsorum revelationem ipsis supersunt, qui si terminum suum mox absolverint, tunc iterum aliam aliquam prolongationem præfixi termini publicabunt, & simul prætendent, quod homines, sepositis nunc ipsorum literis, nullam adhuc vitæ emendationem instituisent, & ita, ad Societatis suæ ingressum, sese inhabiles reddidissent: cum tamen non contemnendam partem proborum fideliumque hominum & ipse notum, qui, dum illi etiam minima & levissima plumula Avis Phœnicis, ex concepta cura provide, quod videlicet iisdem abutantur, non frui alios velint, nihilominus tamen Medicinalia sua, ut postmodum professionis suæ negotiis comelius diligentiusque, atque major-

H

ri qui-

ri quidem cum effectu, vacare possint, communicare deberent: in quo tamen sæpius, ob adversam corporis valetudinem, impediuntur.

QUIRINUS.

Fortassis commemoratos, nondum tamen nominatos, homines non sufficienter explorare didicisti, & forsitan putasti quod fideles & candidi, cum tamen postmodum in recessu, multo secus cōparati deprehensique fuerint. Multi enim nequam tam scite & artificiose, simulando dissimulando, occultare norunt, præsertim si ipsis ab uno, atque altero, temporale aliquod lucellum atque utilitas, expectanda sit. Sin vero, quem admodum commemoravimus, etiam minimæ Phœnicis plumulæ participes fierent, tunc illa, fortassis tamen non aliter, uterentur, quam res ipsa loquitur in multis fictitiis bullatisque nobilibus, quæ à vetusta domo & Stirpe Pfefferlacciana suam trahūt originem, qui quotidie nobilissimum tempus aliter non terunt quàm commessando, potando, ludendo & equitando, & hoc modo parentum suorum fortunas optime collocari arbitran-

stantur: cum tamen ex à Deo cum potissimum in finem concessæ sint, ut egentissimo, requirente tempore & necessitate, iisdem succurrant. Sin autem illud forsitan summa requirat necessitas, tunc nemo domi. Et licet quandoque aliquid extraordinario Eleemosynarioque modo contribuant, nihilominus tamen illud, plus gloriæ & respectus captandi causa, quam ex fidei & Christiano corde faciunt. Imo ipsorum multi, licet alias arrogantes admodum sint, nihilominus amore pecuniæ ita vincuntur & illaqueantur, ut etiam exhibitum ipsis honorem incompensatum relinquant: ut taceam, quod istiusmodi carduos vorans equus molitorius gratis aliquid alteri tribuere debeat. Cum itaque eorum, qui jam commemoratis, & adhuc multis aliis vitiis minime addicti sunt, pauci admodum reperiuntur: ideo Domini Fratres, ejus rei causa, tam paucorum amiciriā familiaritatemque expetunt.

POLITICUS.

Quid jam, mi Domine Quirine, pro temporis qualitate & Stylo, in medium

dium attulisti, illud ita, nec aliter, esse, ipse fateri cogor. Pro illa tamen persona, cujus quidem mentionem feci, illam tamen minime nominavi, (uti mihi quidem videtur) etiam jurare vellem, quod etiam minimam beneficentiam Fraternitas (si alias ulla sit) non indigne, vel indecenter, sed multo potius decenter, & moderatissime quidem, usurpatura foret.

QUIRINUS.

Illud igitur ipsis Fratribus in ipsorum Collegium recipiendū, quod ipsis commode ac salutare videbitur, pro proprio ipsorum intellectu & beneplacito, liberum nunc relictum volumus.

POLITICUS.

Quid autem tibi de eo videtur, quod Chymicos aliquot Auctores, cum primis vero Beguinum & Bornettum contemnant, cum tamen illi adeo probati & utiles sint Scriptores, ut etiam unius Scriptum, eo, quod tanto opere à multis expetatur, & commode distrahatur,
nunc

nunc iterum pro secundo sub prælo sit.

TYROSOPHUS.

Quod autem, Domine Politice, unus, vel alterius, libri bona distractione consequenter & infallibiliter velis concludere, quod, ea ipsa de causa, liber in seipso bonus esse oporteat: tunc etiam sequeretur, quod & inutiles, nulliusque pretii libelli fabulosi, quales cumprimis sunt, Ulen Spiegelius, Marcolphus, Hans Clawert, Dux Ernestus, & idgenus alii, quos ignobile vulgus magna copia sibi comparat, bonos utilesque esse oporteat, cum tamen sæpenu-mero ipsissimum etiam contrarium depræhendatur. Sæpissime enim bonus aliquis liber nauci æstimatur, & librarii manet, cum tamen, versa vice, obscurus aliquis Scriptor aliquoties distraha-
tur.

POLITICUS.

Verum equidem est, attamen etiam minime ignoratur, quid de bene venalibus (præsertim Chymicis) libris statuendum sit. Quid autem, Domine Qui-
H 3
rine,

rine, tibi videtur de iis punctis, quod in Apologia Fr. Ros. Cr. Anno Christi M. DC. XX. impressa, dictitent, ipsorum datum unice & solummodo eò directum esse, quod videlicet omnibus & singulis, nisi quis illud ipse petulanter cōtemnat, subvenire & inservire velint; & interim tamen nihilominus, in Martiali hocce Seculo, tot miseros exules direptos, desertos, egenosque homines in exilio circumvagari videant, & tamē ipsis manus auxiliatrices minimè præbeant, cum tamen ipsis, tamquam aureis montificibus, quibus aurum argentumque comparare exiguum saltem est Parergon, facile esset, ut omnibus honestis, miseris & coangustatis hominibus aut quietum subsidium compararent, vel ad minimum tamen ipsos ex summis ipsorum angustiis liberarent. Cogitent insuper, si veri Christiani esse velent, quid Paulus 1. Cor. 13, ait: *Si hominum & Angelorum (vel Fraternitatis) linguis loquerer, & tamen charitate carerem, tūc stupidum essem as, vel clangens aliquod tintinnabulum. Si etiam vaticinari possem, & omnia scirem mysteria, omnemq; cognitionem, fidem-*

demq̃, adeo ut montes transferre possem, & tamen charitatem non haberem, tunc omnino nihilesem. Quo pacto igitur Oraculosi isti R. C. Fr. de charitate gloriari poterunt, cū tamen illam ipsam ne in minimo quidem testatam faciant? Et si quasi, vel etiā magis, quam duodecim Christi Apostoli, esse velint, cur igitur illud nō faciunt, quod Christus discipulis suis, Matth. 10. v. g. mandavit, dum ita dixit: *Infirmos sanos reddite, mūdare leprosos, resuscitate mortuos, ejcete demonia. Gratis accepistis, gratis etiam detis.* Cum vero S. Paulus 1. Cor. 13. dicat: *Nostra (scil. temporalis) Scientia mutilatio est, & vaticinatio nostra mutilatio est. Sin autem perfectum (vita aeterna videlicet) veniet, tunc mutilatio ista tādē desinet.* Totus iccirco mihi persuadeo, tam apud R. C. Fr. ipsorumq̃ defensores, quā me, mei que similes illud locum habiturum: *Medice cura te ipsum.* Si, porrò, tam felicem habeant memoriam, ut etiā semel solummodo quod legerūt, ocys cōservare possint, cur igitur 34^{ta}. figuræ rhythmus, in Domini Jan. Jacobi Boissardi emblematis, si etiam illum legerūt, nō perpenditur? Cujus hæc sunt verba:

Qui citò dat, bis dat, cantant proverbialia: sicut

Ἀχαιοὶς ἀβέβηδονος ἄχαιος ἐστὶ χάριν.

Munera quæ tardo veniunt pede muneran non sunt.

Nam, quæ hæc commendet, Gratia nulla subest.

QUIRINUS,

Domine Politice, Domine Politice, nimis libere sententiam tuam eloqueris. An non autem vereris, quod Domini Fratres illud sciant, & forsitan in futurum tibi illud compensaturi sint? *Quid si lupo in fabula?*

POLITICUS,

Si, Domine Quirine, forsitan tibi, tamquam Semifratri, sermone isto meo molestus fui, ignoscas illud mihi. Sed quid ipse de tali judicas, qui, quemadmodum Christus loquitur, & etiam supra dictum est, candelam accendit, illamque sub scamno reponit? Quemadmodum etiam de illis haud immerito dici posset, quoniam ne is minimo quidem de nihilo constat, quod, à publicatione suæ Famæ & Confessionis, præstitissent & perfecissent. Et cur, obsecro,

Secro, nunc non veniunt, & Susceptori suo, magno illi Europæ infanti, F. V. qui, juxta singulare Scriptumque aliquod vaticinium, nunc in mundum natus, pecuniam susceptoriam non persolvunt? Aut cur non veniunt, & salutaribus sapientibusque suis consiliis discors Romanum Imperium non pristino suo seculo aureo & exoptatæ concordie non restituere conantur? Vel cur non omnem movent lapidem, quin tandem à vastatoribus, & Patriæ Direptoribus iterum liberari possimus? Aut cur, juxta ipsorum promissa, nullum catologum promunt illorum librorum, qui plus in contumeliam gloriæ *DEI*, quam ad ipsius honorem vergunt, ut omnes sibi ab istiusmodi contumeliosis Scriptis caute cavere possint? De illis insuper nihil omnino sentio, cum mihi videatur, quod mendacitati (fortassis etiam mendicitati) in aliquo, si non in bona parte, ad fines sint. Inter alia enim contendunt; Famam & Confessionem in quinque linguis divulgatam esse, cum tamen neque ego, neque etiam alii, qui, ultra vernaculam, et-

H ;

iam

iam unam aut alteram linguam , si non exacte , saltim exigente pro necessitate , intelligimus , & mediocriter etiam loquimur , ne minimum quidem de eo audiverimus , ut taceam , quod dicta ista Scripta , veluti diximus , aliis in linguis impressa fuisse viderimus. Statuo igitur , nisi prior ista mea opinio non amplius valitura sit , aut collectam manum perditorum aliquot Chymicorum , vel tamen alias (juxta boni alicujus mei amici communicatam responsionem) unicum , curiosum , & multiscium Philosophastrum quodam in loco esse oportere , qui sibi laudi ducat , ut hoc modo universo fermè mundo talia glaucomata objiciat.

QUIRINUS.

Responderem quidem Domino ad ista aliquanto copiosius. Dilectæ brevitatis tamen causa extra metam profiliendum operæ pretium non judico. Præsertim verò te ad *Famam* pag. 24. ablegatum volo , ubi dicitur: Patienter tam diu inserviendum esse tempori , donec muri recesserint , qui Europam in luce imminente impedivissent. Ad pecuniam


niam susceptoriam quod attinet, in eodē *Fama*, pag. 30. & Plaustrarii, Keyferslautrensis, opusculo, inquirere poteris, ubi illius causam sufficienter deductam inuenies.

TYROSOPHUS.

Quantum, Domine Politice, audio, fraternitatis causa nondum per omnia consentire videris. Quocirca eadem de causa dominū nostrum Quirinum, (qui cum primis ejus rei gratia ad me venit) ut interrogando pergat, peramicè rogatum volo.

QUIRINUS.

Cum igitur hactenus de Fratrib. ipsis, illo, qui Vetzflariæ apud D. Moltherum aliquandiu commoratus est, peregrino viro, ipsius, Fraternitatis, prætenso quoque reformatione, omnium linguarum sententiarumq; notitia & scientia, præsertim vero Lapidis Philosophici, meo quidem pro judicio, satis superque egerimus; iccircò lubenter nunc etiam cognoscerem, quid tibi, mi Domine Tyrosophe, de Fraternitatis Stylo videretur? Pro meæ personæ simplicitate & tenuitate siquidem mihi prima



ma ipforum Scripta , utpote *Fama & Confessio*, mihi melius arrident , quam posteriora , præsertim illa , quæ Menapius semper concludere solet.

TYROSOPHUS.

Eamdem istam quæstionem, mi Domine, nunc iusto tempore moves. Eiusdem enim Menapii causa varias sæpius in cogitationes incidi, & cogitationibus meis eo usque perveni , ut , rem fallaciis agi , mihi videri velit. Quæ ratione enim dictus ille Menapius semper scire poterit , quid & quando Domini Fratres sub prælo habeant , ut tum ille mox in ipso festo veniat , & vacantes pagellas ironicis suis argutiis compleat?

QUIRINUS.

Gratus mihi est , mi Domine , amborum noster conventus. Sub ista interlocutione enim mihi eo magis magisque, de proposita nostra materia, plura in memoriam revoco. Dicam igitur vobis, quomodo mihi stylus posterior, qui sub nomine Germanici Notarii, Irenæi

næi Agnosti, prodiit, placeat. Ille enim hinc inde bene & memorabiliter legendus est, (Me enim, mea quidem pro persona, minime pœnitet, quod istiusmodi materiam legerim, cum tantum ex ea didicerim, ut cum utilitate mea id fecerim, & idem impofterum facere certò mihi proposuerim) nihilominus tamen inficias ire non possum, quod illic multa enormia convitia simul intercurrent.

TYROSOPHUS.

Addicta illa, mi Domine Quirine, tibi notum facio, quod, eorumdem convitiis causa, nuperrimo tempore bonum aliquem amicum & fautorem Fratrum, nomine M. B. rogaverim, ut, fidei sub correspondentia & confidentia, opinionem suam aperiret. Qui mihi respondit: Omnino sibi videri, quod omnia posteriora Scripta à Menapio profiscantur, qui bonum malumque suum, quæ (tamquam expertum, callidumque caput mundanum) tam artificiose miscere novit, & Fratres, quod ab initio ipsi non respondissent, cum ta-

men,

men, ob quindecim linguas suas, (quid si cœlum ruat?) ipsorum capitaneus vel Signifer fieri sibi persuaserit, apud quosvis suspectos reddere conatur: quemadmodum etiam sub ipsa lectione alicui mirum rarumque admodum videtur, quod nunc se pro modestissimo Theologo, vel Fratrum mansuetissimo venditet, mox autem gravissimis calumniis & convitiis eos, qui non per omnia, quemadmodum merito debuissent, ad Fratres scripserunt, proscindat, tonet, ac fulguret. Quæ scripta si, meo judicio, à Fratribus, vel uno ex ipsis, profecta fuissent, procul omni dubio, alio Stylo formata essent. Ipus. n. Dominus Christus noster, sub persona discipulorum suorum, omnes Christianos istiusmodi calumnias (etiam si contra contemptores directæ sint) minimè docuit. Cur autem veri Fratres interim ad ista taceant, id, procul omni dubio, certis de causis faciunt.

POLITICUS.

Sin autem posteriora ista Scripta, æquè, tamquam priora, ab ipsis profecta essent, tunc tali scribendi genere apud omnes

omnes satis superque demonstrare possem, quod plurimi meri corruptores papyri sint. Quod etiam, in Apologia F.R.C. Anno M. DC. XX. seipso excusent, quod Tractatus ultimi cum prioribus in Stylo non convenient, id ideo factum esse quod nunc alium habeant Notarium. Cum itaq; summi artifices, Philosophi, Theosophi, imo deniq; ipsa fermè Sapientia esse velint; cur, quæso, Irenæum, antequam scribere incepit, non prius suum Stylum docuerunt? Cuilibet itaq; Christiano sui excusatio incumbit, quæ admodum in Domini Guilielmi Perkin. si lingue Latra docetur, dum, inter alia, ita scribit: *Eapropter, ait, aliquis hic vel omnino taceat, vel tamen ut plurimum innocentiam suam, legitima & clara aliqua Apologia, demonstret.* Ezechias Rex populo praeceperat, quod *Rabsaci, mox adulatoria, mox comminatoria verbaloquenti, nihil respondere deberet.* Cum Eli 1. Sam. 1. Annam graviter objurgasset, ut videlicet vinum, quod bibisset, iterum effunderet: respondēbat illa: *Minime, minime, mi Domine, mæsta perturbataq; sum famina: vinum & siceram non bibi, sed cor meum coram Domino effutij.* Ita quoque sese excusabat Iosephus, Gen.

Gen. 40. & innocentiam suam sequentibus verbis demonstrabat, inquiens: Nihil hic feci, quod carceri me incluserint. Et Daniel, Dan. 6. Regi Dario ita respondebat: Contra te, mi Domine Rex, nihil feci. CHRISTVS, Servator noster, Iudais, sibi obicipientibus: Annon verum dicimus, quod Samaritanus sis, & Diabolum habeas? regerebat: Nul- lum habeo Diabolum, sed honoro patrem me- um, vos autem dehonoratis me. Cumque Paulus Act. 23. sese defendere conatur, ita loqui incipit: Viri, dilecti Fratres, bona salvaque conscientia coram DEO in hodie- rum usque diem egi. Si quis igitur innocen- tiam suam ita demonstravit, etiamsi testatio ista in sui ipsius defensione parum proficiat, ni- hilominus tamen causam suam DEO patien- ter commendare debet, qui suo tempore veri- tatem bene revelabit.

QUIRINUS.

Quocirca, secundum Tyrosophi opi- nionem, verum adhuc esse oportet, quod posteriora scripta non ab ipsis, sed (con- siderando quod in Regula vitæ dictus il- le Irq-

le Irenæus Florentino de Valentia, & Theophilo Scweiccardo, præferatur) à Menapio, ad dictum antea finem, proficiantur.

TYROSOPHUS.

Recte, mi domine Quirine, respondi-
sti: Florentinus de Valētia enim, quem-
admodum etiam Theophilus Scweic-
cardus, non sinistrè, nec immeritò, sed
multo potius piè & prudenter scripse-
runt.

QUIRINVS.

Cum itaque, ambo mi domini, mihi
videatur, quod, iuxta propositum no-
strum, mediocriter de fratribus differu-
erimus: ea propter, meo quidem proju-
dicio, hisce nunc bene concludere po-
terimus.

TYROSOPHUS.

Attamen quilibet suam prius dictu-
rus est sententiam. Quocirca, domine
Politice, tibi hac in te prærogativam da-
turi sumus.

I

POLI-

POLITICUS.

Etiam si dicta ista prærogativa mihi omnino non competat: nihilominus tamen, vitandæ superfluitatis ergo, Domini rogatu, onus illud in humeros meos haud gravatim suscepturus sum. In priore itaq; præcõcepta ista mea opinione etiamnum constans persevero, cum hætenus nullus unicus Frater, quantum equidem mihi scire licuit, etiam in minimo sese conspicuum fecerit, (cum tamen, si de temporalibus, ob abusum, nihil elocare voluissent, attamen haud immerito de Theologicis aliquid communicare debuissent) nisi unicum, singulare, & Democriticum aliquod caput fortassis rem istam urgeat: vel collectam, vti supra quoque diximus, aliquam perditorum Chymicorum manum esse oportet, qui, postquam fortunas suas (*Querendo lapidem dilapidarunt opes*) Vulcano consecrarunt, & tam lupulum, quam polentam, post se reliquerunt, in alias tandem cogitationes inciderunt, &, iuxta vetus illud proverbium: *Hac non successit, alia aggredie-*

mut

mer via, dictitarunt: ut hac ratione, per
 externe splendens & hypocriticum
 Scriptum homines locupletēs, aut et-
 iam veros Philosophos in nassam suam
 pertraherent. Vel somniantes aliquos
 Philosophastros, uti supra itidem di-
 ctum est, esse oportet, qui sibi aureos
 montes, imo mundum aureum, & alia
 istiusmodi, artem & vires suas superan-
 tia, bona imaginantur. Sin autem isti-
 usmodi homines, de quo tamen hocce
 tempore adhuc omnino dubius hæreo,
 esse debeant: tunc nihilominus tamen
 nauci eos æstimo, etiamsi & ipsius Salo-
 monis sapientia præditi essent: idque u-
 nice & solummodo ideo, quod ab editi-
 one primarum suarum nugarum, ne mi-
 nimum quidem, aut in Theologicis,
 Philosophicis, Medicis, Chymicis, Ma-
 thematicis, &c. in lucem emiserint, sed
 omnia sibi solis reservaverint, & ita ac-
 censam lucem sub scamno reposuerint.
 Si etiam in Theologia tam illuminati
 viri esse volunt, ut, ex mera elata arro-
 gantia, sese non simpliciter Theolo-
 gos, sed Theosophos, (quod ipsis ali-
 quanto sonat fortius) nominari velint,

cur igitur contra Photinianos non calammum exacuunt, qui tamen à multis Theologis pro hæreticis habentur, quod, iuxta Canonicam ipsorum prætensionem, deitatem domini Christi, & personam Spiritus Sancti, vel SS. Trinitatis omnino negent, exceptis aliis, aliquanto leuioribus tamen, erroribus, quorum illi arguuntur. Cum tamen sapientum illi Octauii & Nasutuli captores illud facile præstare possint, quod ipsorum aduersariorum libri, ad summe sacerdotalem ipsorum instanciam, tam clanculum, quam publice, sub gravis mulctæ evitacione, venales minime distrahantur. Vel cur non Fratres Rosæ Crucis, Photinianorum capitis Seruati Tractatum, de Trinitatis erroribus, cuius causa Genevæ vitæ iacturam fecit, non impugnant.

Quid igitur eo ipso boni effecturi essent, id omnes sanioris mentis homines facile intelligent. Eo ipso quoque efficiendo nomina sua propria, & cognomina sua, quemadmodum etiam locum residentię suæ, nota facere minime auderent, sed vel nomen aliquod fingere, vel omnino nullum ponere possent, præsertim

sertim cum illud alias magis, quam umquam antea in usu fuit, nunc fieri soleat. Quantum tamen mihi videtur, boni illi Domini scribendo primum nimii fuerunt, & fortassis plus verbis promiserunt, quam nunc ipso facto & opere præstare possint. Homines autem nullos infantes esse, meminisse, vel, ad minimum tamē, non ad viros doctos, sed vulgus ignobile, scribere debuissent. Plebecula enim illud facilius credidisset.

Q V I R I N V S.

Et ita, Domine Politice, opinionem tuam, ad fraternitatem quantum attinet, patienter percepimus. Ipsis itaque, cavillationum tuarum respectu, minime favere videris. Idque fortassis ut plurimum exinde, cum Domini Roseę Crucis fratres nondum tibi, nec etiam tibi addictis, sese notos fecerint.

P O L I T I C V S.

Ah vanam istam notitiam! Deus hactenus me, absque fratrum istorum succursu & assistentia, sustentavit atque conservavit, me igitur & imposterum, quemadmodum sperabo, quoque, sine ipsorum aureo artificio, me sustentaturus

atque conservaturus est. Adhuc in iuventute mea honestam aliquam negotiationem didici, adeo ut, mediâte diuina benedictione, per ordinaria ista media, honeste vitam traducere potero. Quod autem dominus & porro bonæ familiaritatis meæ mentionem faciat, ad id respondeo, me, mea quidē pro persona, nondū adeo tenacem esse: novi tamen aliquos, quorū una pars fraternitatē istā haften⁹ semper oretenus, alii vero scriptis suis strenue defenderūt, & simul honesti, cādidē, probiq; homines sunt, quibus tamē nihilominus, quantum quidē cognoscere potui, nulla omnino promotio, cuius tamen, non una dumtaxat vice, indigētes fuere, ab ipsis facta est.

QVIRINVS.

Ut ad illa, utpote ad me minus spectātia, nihil respondeā, sed, vice versa, (quo melius tādē ad colloquii nostri finem perveniamus) sententiam meam libere eloquar, notū ambobus vobis Dominis sit, me sentire esse nimirum Fratres Rosæ Crucis paucos aliquot inter se inuicē bene notos, p̄bos, honestos, & synceros homines, qui libenter viderēt ut omnia

undiq; in mundo congruo ac decēti ordine procederent, & christiana charitas & fidelitas proximi magis regnarent, q̄, proh dolor, hodierna testatur experientia. Postquam autē vidissent, quod omnes p̄enē, omnes admonitiones, & cōminationes apud impium, omnib. in peccatis immersum mundū nihilominus profecerint; iccirco cogitarunt, cum, mundus videlicet, satis quidē avaritiæ deditus sit, se se coniunctim de ingentib. pollicitationibus in lucē edituros, & nihilominus tamen SS. Veteris, & N. T. Scripturam cōdigne celebraturos, atq; simul homines ad piam, modestam, piamque vitam (quæ ante omnia, priusquam quis sapientiam assequatur, requiritur, iuxta dictum Syraeidis: *Timor Domini initium est sapientia*) exhortaturos esse. Quod autem hætenus quodammodo simulaverim, quasi rebus istis etiam fidem haberem, & fratres aliquo modo defenderem: nihilominus tamen id majori ex parte ideo factum est, ut, de ijs loquendi, major nobis daretur occasio.

POLITICUS.

Hoc equidem, una ex parte, in ipsis

laudandum est, quod SS. Biblia tanto-
 pere commendent: Sin vero, quemad-
 modum Dominus quidem existimat, a-
 liter cum ipsis comparatum esse debeat,
 tunc sane alterum eque in ipsis haud im-
 merito culpandum, quam primum lau-
 dandum est; dum videlicet per menda-
 ces promissiones mundum ad pietatem
 reducere conantur. Hac siquidem in
 parte nihil amplius opus est, quam, velu-
 ti D. Paulus ait, correctiones, ad- & ex-
 hortationes, siue id opportuno, siue mi-
 nus oportuno tempore fiat. Si quis igi-
 tur hisce non obtemperare, nec vitam
 dissolutam emendare velit, is, suo peri-
 culo, impius permanere poterit.

TYROSOPHVS,

Hac in re, quod videlicet homines,
 mediante mendacio, ad pœnitentiam
 flectendi sint, domine Politice, tecum
 consentio, nihilominus tamen illud,
 quod de ipsis sentis, multo minus ap-
 probare possum, cum *Fama & Confessio*
Fraternitatis mirum in modum mihi
 placeant. Duo insuper illa opuscula An.
 C. M. DC XIV. impressa sunt, & mul-
 tis in locis multa reperiuntur, quæ ta-
 men

men tunc temporis ad præsens hocce nostrum tempus respexerunt; quemadmodum etiam jam antea pag. 21. dictum fuit, vbi infantis Europæ facta mentio. Item pag. 24. 44. 46. & 47. Et quibus sequi oportet, quod dicta ista scripta quidem à nullo Simplicio proficiantur. Quod autem, mea pro persona, affirmare & certo concludere debeam, quod indubitato & vere istiusmodi sint homines, illud mihi, quippe qui ipsos, quoad personas individuales, æque minus, quam vos ambo, novi, omnino est impossibile; nihilominus tamen idem illud, non tam stricte, quemadmodum tu cum primis, domine Politice, facere soles, negare potero. Nam, quemadmodum nunc antea sæpius dictum est, cur, & quibus de causis Deus ultimo, & ad finem properrante, hocce nostro tempore non tam sit omnipotens, quam antehac, adeo ut iis, qui ipsum, puro ex corde veraque devotione, eius rei gratia invocant, & iuxta vocationi suæ satisfaciunt, plus sapientiæ & intellectus, quam aliis, qui talia non expectant, aut per inordinariam, ferinam, & Satyricam ipsorum vitam sese ipsi de-

nis indignos reddunt , communicare
 posset? Si enim illa incredulis Ethnicis,
 quide Deo, neque eius verbo atque vo-
 luntate certi aliquid sciverunt, tali mo-
 do largitus est, quod etiam, veluti Do-
 minus Michael Mayerus, in suo Silen-
 tio post clamores, eius rei meminit, in-
 tegra Collegia huius professionis in-
 ter ipsos fuerint, in quibus naturæ my-
 steria summo studio agitata, & multis
 seculis, quasi de ore ad ora, posteris
 suis, quos ex aliis Philosophis elege-
 runt, ista reliquerint. Iuxta illa & cum-
 primis tamen etiam lapidis Philosophi-
 ci cognitionem habuerunt. Cur igi-
 tur, inquam iterum, illud Christianis,
 tamquam liberis suis, quorum respe-
 ctu Ethnici (bona venia ita ut loquar)
 tamquam spurij censendi sunt, talia ne-
 garet? Indubitato itaque concludo,
 quod hinc inde multi docti viri reperi-
 antur, ex quibus ille hanc, alter aliam
 aliquam scientiam habeat, quemadmo-
 dum S. Apostolus ait 1. Corinth. 12.
*Varia sunt dona, unus autem est spiritus. V-
 ni loqui datur de sapientia, alteri loqui da-
 tur de agnitione, iuxta illum spiritum: alij fi-*

des in isto spiritu : alteri donum sanandi in illo spiritu : alteri miracula faciendi : alteri vaticinia : alteri distinguendi spiritus : alteri varia lingua : alteri interpretandi linguas, &c.

Quod autem congregatio vel correspondentia certorum aliquorum hominum esse debeat , qui omnes habeant scientias, illud creditu admodum quidem est difficile, nihilominus tamen esse posset. Cum tamen nullus sit fidei articulus , ideocirco suum hic unicuique liberum, statuendi quicquid velit, relinquitur iudicium. Ego , mea quidem, pro persona, rei aliquam fidem tribuo, quemadmodum etiam ad credendum me impellentes causas nunc ordine recensebo, nec non solummodo ipsorum, sed etiam ab ipsis commendati, alique libelli me nihil mali docuerunt. Tibi, Domine Politice, insuper, eius rei gratia, catalogum eximiorum quorundam, tam Theologorum, quam Philosophicorum librorum, illum in finē dono dabo, ut illos, ni ante habeas, emas: minime dubitans ipsos tibi placituros. Una tamen vice illi tibi perlegendi & quidem

sepius

sæpius repetendi sunt, iuxta veterem illum versiculum.

Lectio lecta placet, Decies repetita placebit.

Certus quoque sum, rem apud te, tanquam egregium multarumque rerum peritum virum, (licet nobis tribus, hodierno tempore adhuc minus notis, Rosæ Crucis fratribus, parum fidei tribuas) fractu suo singulari minime carituram esse. Communicarem & tibi quoque, Domine Quirine, istiusmodi Catalogum, nisi, nuperrimo tempore, in Museo tuo forte fortuna vidissem quod maiorem illorum partem haberes, &, iuxta illos, multis adhuc diversarum linguarum libris instructus esses,

CATALOGVS LIBRORVM QVORUNDAM Theologicorum.

Thomæ de Kempis imitatio Christi.

Postilla Thauleri.

Interior homo Ludovici Carbonis.

Gerhardi Meditationes quinquaginta.

*Savonarola de simplicitate vitæ Christianæ
Libri quinque.*

Et cuncti, quæ sunt ejusdem materiæ, Libri.

CHYMICORVM.

*Tractatus Bernhardi Comitis Trevisani.
Duodecim Claves Basilij, & reliqua omnia,
quæ ipse scripsit.*

Roberti Castrensis speculum Alchymia.

Opera Theophrasti Paracelsi.

Henrici Cornelij Agrippæ.

Et cuncti, quæ sunt ejusdem materiæ,
Libri.

POLITICUS.

Ob Catalogi communicationem tibi
peramicas ago gratias, &, ut prima quo-
que occasione libros istos, quorum titu-
lis mihi arridet, mihi comparem, mini-
me intermissurus sum: obnixè simul vos
ambos dominos rogans, ut colloquium
meum bonam in partem interprete-
mini.

TYROSOPHVS.

Mea quidem pro persona nullius ri-
xæ recordor, quocirca etiam nulla venia
& excusatione opus esse censeo.

QVIRINVS.

Ad me quod attinet, mihi istarum si-
militer nihil in memoriam revoco, vos
dominos tamen tam cito conclusuros
esse non putabo. Sententiæ enim meam
coram

corā vobis me adhuc eo melius defendere prius oportet: indubia spe fretus vos vel omnino, aut tamen ad partem, mihi ad stipulatos esse.

POLITICVS.

Cum Dominus, uti mihi videtur, sermonem suum nūc absolverit, & iam iam mihi aliquid incidat, ideo etiam illud quamprimū in medium proponā, antequam illud fortassis mihi iterū excidat. Quæro itaq; ex te, domine Tyrosophe, tamquā incognitæ fraternitatis defensorē, quid videlicet tibi de loco ipsorum habitationis videatur? Mea quidem pro persona illū tam diuturno tempore, ducētis octo annis videlicet, ab hominibus exploratum fuisse putarē, vel in Vtopia illum situm esse oportet. In una n. aliqua urbe, siue magna, aut parva illa sit, esse nequit; cum in civitate aliqua tam omnes domus, quam etiam illarum inquilini, si non omnes omnibus civibus, at tamen Magistratui, noti sunt. Quocirca in tam diuturno tempore, præsertim vero ante septem annos proximos, in quibus sese, vel multo potius (si etiam in rerum natura sint) istius sectæ nomen notū factum

Cum est, bene explorari potuissēt. Cum aut numquam (quam saltem à quibusdā facile credentibus) unicus locus, quantum equidē mihi scire licet, ipsorū causa suspectus redditus fuerit; ideo ē tam diu, donec certius aliquid de ijs cognovero, in mea opinione constās persevero quod videlicet Roseę Crucis fraternitatis essentia saltem purum putumq; figmētum callidi acuticue alicuius capitis sit, quod primis istis in Scriptis, *Fama & Confessione* videlicet, totam Germaniam nāso suspēdere sibi proposuerit: ubi sane quamprimū, iuxta vetus Germanorum proverbium, unus stultus non solūmodo decē, sed & decies decem stultos effecit.

TYROSOPHUS.

Domine Politice, Domine Politice, nō mei, vel domini Quirini, sed tui ipsius causa, māllem, ut aliquanto modestius & discretius de istiusmodi hominib. loquereris. In ipsa siquidē rei veritate metuendum est, illos, qui hactenus ipsos tātopere exagitarunt, forsitan in futurum (& quidem citius, quam existiment) illud luere necessum habituros. Omnibus illis quoque, qui hactenus unum atque

que alterum, in ipsorum, Fratrum, nomine, scripserunt, ut cessarent, tempusque melius collocarent, consultum velim. Loci ipsorum habitationis causa cum Domino Michaelē Maijero ex sua Themide aurea pag. 42. respondendo bene dicere possem: *Cum non consultum neque utile sit, ut iste locus omnibus notus manifestusque sit, sufficit enim, si ille societati, & suis, notus sit.* Sed Dominus hisce nō contentus erit. Dico igitur alterius, quod, licet ipsorum primus fundator, Christianus iuxta *Famam*, iuxta illud monasterium, in quo primum fuit, aliud ædificium extruxerit, in quo, quemadmodum coniectura assequitur, aliquandiu habitarent, illi nihilominus tamen postmodum, usque ad certum suum tempus, ut incogniti manerent, præceptum à Superioribus acceperunt, & ita hodierno nostro tempore nullum certum locum incolunt.

QUIRINUS.

Domine Tyrosophe, iam meæ sententiæ loci causa ad stipulari videris. Antea autem dixi, me rei istius inchoatores pro piis, honestis, probisque hominibus
habere

habere, qui libenter viderint, quod in mundo aliquanto rectius fidentiusque procederet, & tamen nescierint, quomodo nimirum illud suum propositum in effectum deducere debuerint: iccirco eo tandem cogitasse, cum mundus avaritię adeo deditus fuerit, ut etiam pecunię causa, nescio quid fecerit, sese multarum pollicitationum opus in lucem edituros, cum primis tamen ante omnia ad pietatem diligentissime homines exhortaturos, & simul SS. Veteris atque Novi Testamenti scripturam pro virili commendaturos esse. Et licet eo medio non singulorum defectus, vitia, & errores per omnia reformaturi, nihilominus tamen ad minimum multos Studioforum animos imposterum ad maiorem lectionis orationisq; diligentiam excitaturi essent. Et ut opionē meam eo certiores redderem, quamquam nudas saltem tuas coniecturas, Domine Tyroscophe, ad id me verba quædam cōmouent, quæ in Præfatione *Fama* ita sonant: *Licet igitur istiusmodi res alicui admodum rara peregrinaque obvenire videantur, & multi putare possent, illud cæcā saltim phantasiā, nec ut-*

K

lam

lam aliquam veram historiam esse, quid nimirum de Rosea Crucis fraternitate publicatū fuerit, nihilominus tamen ex Confessione satis superq̃ apparebit, quod plus in recessu sit, quam quis existimat, & singuli, nisi omnino stupidi sint & inscij, intellecturi sūt, quid hodierna die, & hisce temporibus eo ipso putetur. Qui veri alumni & discipuli sapientia artisque Spagyrica sunt, ij res istas melius considerabunt, & multo aliud exinde ferent indicium.

Videte igitur, Domine Tyrosophe, quemadmodū & tu, domine Politice, q̃ res cum Fraternitate non per omnia secundum literam intelligi oporteat, sed duplicem sensum habeāt. Ad locum habitationis ipsorum quod attinet, illum uniuersum mundum esse statuo, in quo p̃bi isti homines hinc inde dispersi sunt, & ille hic, alter alibi habitat: quemadmodum & ipse quosdam putaticie istius fraternitatis novi, quos, una cum adiutoribus suis, pro primis motoribus & inchoatoribus censeo. Et ut quoque aliquid de ipsorum nomine dicam, existimo per Rose Crucem ab ipsis nihil aliud intelligi, quā quod quilibet pius homo Christianus omne illud, quod ipsi à Deo im-

mitti.

mittitur, siue illud aduersa corporis va-
letudo, naturæ defectus, bellum, perse-
quutio, & id genus incommoda alia, quæ
alias veteri Adamo non per omnia sapi-
unt, sint, patienter suscipere, & crucem
ita æstimare debeat, quasi rosa quædam
esset: imo ita comparatus sit, ut omne
huius mundi accidens in hoc mundo i-
psi idem sit, vigore horum versuum:

Tempore mæstitia qui scit se ostendere latū,

Tempore latitia qui quog, mæstus erit;

Grates gratus agat tanto pro munere Ioue,

Discipulus Rosæ quod Crucis amplius orat.

Et quidem de quibusdam particula-
ribus Chymicis sciētiam aliquam habe-
re poterunt: ob uniuersale tamen, ipsorū
causa, dubius hæreo, magis dubitans, quā
credēs. Mea igitur pro persona, tāquam
unus de familia Thomæ Apostoli, de illis
aliter nihil statuo, quam veluti comme-
morauimus, illudque tam diu, donec vi-
deam, & tangam, h. e. donec quis de so-
cietate ista me quamprimum sua con-
uersatione dignetur.

POLITICUS.

Bene dixti, Dn. Quirine, cum nullā ex-
cusationē invertere possint, quomodo

K

2

alius

alius quispiā extra ipsorum societatem, sin ipsi longinquum, aut mediocre sal-
tim, iter conficiendum esset, cum, hye-
mali tempore, frigoris vehementiā, plu-
viam, nivem, glaciem, vel aliam tempo-
ris tempestatē obtendere posset, dicen-
do, metuere illum naturæ suæ debilitati
& complexioni, & vereri sese corporis
suæ valetudini nociturum vel in via pla-
ne prostratum relictumque iri: Cum v-
niuersali enim ista sua medicina omni-
bus istiusmodi incōmoditatibus subve-
nire, seseque sanos conservare possunt.
Secundo, ipsis viatica minime deficiūt:
veluti alijs, qui libenter peregrinari & al-
iquid experiri vellent, quomodo vide-
licet res in regionibus exōticis compa-
ratæ essent, & tamen ex defectu illius,
quod necessario ad persequēdam pere-
grinationem requiritur, domi post for-
nacem manere coguntur.

Eia age, mi Domini, ut tandem collo-
quium istud nostrum cōcludamus, tibi;
domine Quirine, notum sit, quod nihil-
ominus priorem meam opinionem reli-
cturus, & vestre ad stipulaturus, in ea que
constans perseveraturus sim, donec ali-
quid

quid melius, nō autem duplicis intellectus, quemadmodum hactenus factum est, à fratribus publice edatur, vel fratrum aliquis in persona propria se mihi sistat, & ad diuersas quæstiones Theologicas respondeat. Et mallet, me, iuxta Domini Tyrosophi exhortationem, non ita libere de ipsis loquutum fuisse. Melius tamen locutum, quam scriptum. Quid enim scriptum est, scriptum manet, inquit Pilatus. Quid autem saltim locutum est, id per auras illico evanescit.

TYROSOPHVS.

Domini itaque, quantum percipio, ferme unius opinionis sunt. Sed ego in eo, quod antea dixi, maneo, & tales illuminatos homines esse assevero. Et ut ante dictum meum sermonem non solummodo repetam, sed etiam illud, quod interim mihi in memoriam venit, addam, ajo, cum *fama* & *Confessio* iam ante VII. annos edita fuerit, & nihilominus multæ in ijsdem res reperiantur, quæ tum temporis ad futurum respexerunt, & jam quodammodo apparere incipiunt, ex quo sequi oportet, quod ille, vel ij, qui id scripserunt, plus scire oporteat, quam

vulgus ignobile. Adhæc si consideretur Enoch, Noa, Abraamus, Isaacus, Iacobus, Iosephus, Moyses, Iosua, Samson, Eli Sacerdos, Samuel itidem, David, Salomon, Elias, Daniel, Ionas, imò omnes Prophetæ, in veteri, & Apostoli, una cum quibusdam sanctis, in Novo Testamento, quomodo videlicet Deus quasi ore tenus, tam visione, cum ipsis loquutus fuerit: tunc sane cogitandum est, cur Dei miser hodierna die, ita decurtatus esse debeat, adeo ut non & hodierno nostro tempore quodammodo istiusmodi homines reperiri debeant. Legat, & perpendat aliquis, quid Moyses fecerit, utpote diversa miracula in Ægypto: Item quod mare Erythræum, sive rubrum dividerit, rupem percusserit, ut aqua exinde exsilierit &c. An non Iosua per precationem obtinuit, quod firmamentum immobile constiterit? An non Salomon Rex de se ipso gloriatur, quod, ad crebras suas preces & instantias, tantam sapientiam à Deo impetraverit & cōsequutus sit, ut sciret, quomodo mundus comparatus esset, intellige virtutem elementorum, tēporis initium, medium & fi.

& finem, quomodo dies decreſcat, & accreſcat, quomodo anni tēpus mutetur, quomodo annus circumagatur, & ſtelle fixæ ſint, intellige etiam ſpeciem domitorum ferorumque animalium, quomodo ventus adeo intumeſcat, quid homines ſentiant, norunt omnia plantarum genera, radicum virtutes, & id genus alia. Nihilominus tamen meridumtaxat fuere homines. Etiamſi vero ad hæc quis inquit: Divinæ res iſtæ fuerunt. Illi reſpondeo, quod illi, fratres, de ſe nihil, niſi abſque omnipotente Deo, gloriari poſſint, adeo ut ille, qui, abſque divina aſſiſtentia, modo præpoſtero, & ſingulari quaſi ex audacia, etiam minimum quiddam, ſingulare aliquid ut taceam, conari debeat, improbum impiumq; aliquem hominem eſſe oporteat. Concludens igitur ſtatuo, bene fraternitatem & congregationem ſumme illuminatorum hominum eſſe poſſe. Idque eo magis, quod Deus non ſolummodo ſuis credentibus in Veteri, & non minus in Novo Teſtamento, ſed etiam incredulis artis cupidis Ethnicis, profundam ſapientiam com-

municaverit : nisi quis affirmare vellet,
 quod per singularem suam diligentiam
 tantam sapientiam nacti essent, dum na-
 tura ad illud impulsu fuissent, & Naturæ
 secretis inhiascent. Licet vero hoc for-
 tassim non recte dictum fuerit, nihilomi-
 nus tamen æstimabo, quasi bene & re-
 cte dictum fuerit. Interrogo quoque ad
 ista: Si, Ethnici, absque singulari divina
 assistentia (ut ita loquamur) quasi à na-
 tura, per diligentem indagationem, ad
 tantam mundanam sapientiam perve-
 nire potuerunt, cur igitur & hodierno
 nostro tempore multi somnolenti Chri-
 stiani non idem tentare conantur, & qui-
 dem aliquanto altius divina mysteria
 (quantum tamen permissum est) per-
 scrutandi? Ast hodierno nostro tempo-
 re ut plurimi contenti sunt, si modo ore
 dicere possint: *Credo*. Si vero porro idem
 ille interrogandus sit: cur hoc, vel illud
 credis? Demonstra illud mihi aut certis
 rationibus & fundamentis, vel ex SS.
 Scriptura: tunc multi equidem obmu-
 tescerent, & nescirent quomodo glorio-
 sam suam fidem oralem tueri deberent.
 Imo nisi ex singulari simplicitate illam
 cum-

cum primis demonstrare posset, quemadmodum etiam Simpliciorum hominum multi reperiuntur, nihilominus tamen quotidiana vita & actione illam testatam facere deberent. Alias mera rerum est inversio, si quis saltem ore Christianus, & in vita Ethnicus sit. Cum, vice versa, Gentiles illud quidem ore atque corde sint, & tamen in vita actionibusque suis multis hodiernis Pseudo-Christianis palmam præripuerint: quemadmodum inter alia, ex responsione Philosophi Aristippi videre est, qui, interrogatus, quid in sapiente viro, vel Philosopho, laude dignum esset? dixit, quod, licet omnes Leges abrogarentur, talis nempe Philosophus tamen nihilominus pius, honestus, sincerus, & humanus vivere possit. Similiter cum alias interrogaretur, qualis inter Philosophum, & laicum esset differentia? Iterum respondit, qualis inter domitum & indomitum equum. Non secus dum ipse Aristoteles interrogatus aliquando fuisset, quid sibi Studium Philosophicum prodesset? respondit: Ut in coactus facere possit id, quod alii legibus coacti facerent.

rent. Quid autē ambo vos domini putatis (ut nunc ad primam Aristippi respon-
sionem revertar) an hodierno nostro
tempore inter nos, qui boni Christiani
esse contendimus, sequeretur, si omnes
bonæ utilesque Leges, & salutares Con-
stitutiones, aut delictorum pœnæ abro-
gari debeant. Omnia tum sursum deor-
sumque agerentur. Dicimus igitur: cre-
dimus boni compensationem, &, vice
versa, mali repræhensionem castigatio-
nemque: id quod tamen multi Ethnici
minime crediderunt, & nihilominus
tamen bene & polirice vixerunt. Arbor
igitur ex fructib. suis cognoscitur, Luc.
6. v. 44. Itaque vos ambo Domini & ami-
ci, cum hac in re neutiquam mihi con-
tradicare possitis (nisi contra conscien-
tiam vestram ipsi pugnare velitis) sed
mihi ad stipulari quasi cogamini, iccirco
eo minus mirari poteritis, quod Domini
Fratres de Rosea Cruce sese hactenus
cum thesauris suis ab omnipotente Deo
ex clementissima misericordia acceptæ
profundæ sapiētiae, occultati manserint.
Attamen quando Europæ muri, h. e. o-
mnis generis peccata & impietas (quale
etiam

etiam nomen illa habere possint, & quibus de in multis pacificis libris Theologicis tractatur) nō mediocriter cessabūc & tum bene promissam sapientiæ janua sapienter referare poterunt. Licet etiam ultimum Opusculum, Prodrumus F. R. C. dictum, una cum Tintinabulo Sophorum, & Apologia F. R. C. ob abominandissimas calumnias, mihi admodū suspecta sint, nihilominus tamen, respectu illius, sc. Prodrumi, literas (propter correspondentiā diuersorum Prognosticorū, quæ omnia ad seculum aureum An. (h. M. DC. XXIV. & ulterius inclinant) statuo, quod, ante illud tempus, parum de illis summe illuminatis Rosæ Crucis fratribus, revelari possit. Ad locum, habitationis ipsorum q̄ attinet, tecum, Dn. Quirine, unius eiusdemq; sum sententiæ, quod videlicet iste universus mūdus sit, quēadmodū ēt ex dn. Theophili Sveicardi, speculo Sophico Rhodostaurotico incorporate figure, & delineatione ipsorū Collegii, haud aliter colligere poterō. Ob nomē C. R. dominus ēt quodāmodo mecū consētire videtur, dū videlicet statuit, illud solūmodo spectare ad

rectam

rectam continentiam. Id quod sane non abs re est, qui enim illā benedidicit, iam Rosæ Crucis frater est. Quam autem causam habent isti homines ad incontinentiam, cum primū nullo morbo, nullo periculo, & tribulatione conflictentur, dum iis omnibus cū universali sua Medicina in tempore prævenire possint. Secundo temporali subsidio neutiquam destituūtur, adeo ut huius rei gratia crucem patienter, aliorum more, ferre debeant. Idcirco, nisi ipsorum Auctor & fundator Christianus Rosencrutz fuit, & ipsi nomen illud ita finxerunt, meo quidem pro iudicio, huius hic intellectus est, quod videlicet ipsis, tamquam summa sapiētia dotatis amicis & liberis Dei, crux communis etiam in hoc mundo in amœnam florentemq; rosam commutata sit. Quid alias alios apud homines est crux, quam defectus sanitatis, & sæpius etiam temporalis indigentia, animi gravamina, dum fortassis multi semper gravissimis Theologicis cogitationibus onerati sunt, & ab iisdem non adeo facile liberari possunt, & quæ id genus alia animus sæpenumero sustinere necessum habet,

habet, quorum tamen omnium ipsi, tanquam summe illuminati Theosophi, per clemētissimam Dei misericordiam, immunes sunt, dum ipsis omnia totius SS. Scripturæ mysteria aperta relicta sunt. Cum igitur res aliter comparata non sit, statuo, quod Theophilus Sueiccardus, in sua delineatione R. C. etiam rosam ad dextram, & crucem ad sinistram collocaverit, quo innuere voluit, quod crux nullum amplius cum ipsis haberet commercium, sed multo potius à Deo Ter. Opt. Max. in amœnam suaveolentemq; rosam formata sit, quodque sese exinde Rosæ Crucis Fratres (h. e. Rosas à Cruce procedentes) nominent. Cum igitur mi Domine Quirine, prima vice tantum effeceris, & D. Politicum ad tuas partes pertraxeris, adeo ut primā suam, & quidem sat duram, opinionem, quam aduersus Dominos Fratres conceperat, reliquerit, & nos tunc nunc idem ferme de iisdem sentiamus. Primo enim loci causa cum iisdem consentimus. Secundo, nominis causa etiam quodāmodo convenimus: Quid enim vos putatis, quod adhuc, hac in re, in operatione consistat, videtur

videtur mihi id per summum Chymicū iam iā ad Tincturam reductū, vel multo potius cum Tinctura transmutatio excogitata fuerit. Cum itaque, veluti dictum, unam eandem sententiam nunc ferme amplectamur, iccirco nihil iā restat amplius, quam ut Domini, fideli cōsideratione illius, quod ad meæ opinionis defensionem in medium attuli, mihi saltim pro virili ad stipulatos esse.

QUIRINUS.

Si omnia, quæ iam Dominus ordine (quæ audire fuit volupe) proposuit, considerentur, nihil quidem aliud possum, quam ut primæ meæ opinioni, (quā tamē servare decreveram, donec veluti Thomas, illud, quod credere nō possem, palpare, attamen homo nihil sibi tam certo proponat, sed semper illud Deo cōmendet) in qua totius huius operis Authori ampli⁹ nihil, quā saltim Chymica q̄dam particularia, tribui, iterum renunciem.

POLITICUS.

Et cum nihil nunc possim amplius, quam ut Domino in eo, quod pio, humilī, devoto, Christianoque corde, ad dominorum fratrum defensionem, in me-

dium

dium attulit, manus porrigam, illudque approbem: eapropter, in nomine Domini, primā secundamq; meam opinionē nunc reiicio, & deniq; solummodo tertiam, & ultimā, una cum dn. Tyrosopho, & Dn. Quirino, pro bonā amplector.

QUIRINVS.

Adhæc Domino meo gratioso Tyrosopho, ob fidelem bonamq; suam informationē, per amicas ago gratias. Spero enim me in posterum, fratrum causa, inter se invicem certantibus meis cogitationibus, nō amplius ita coangustatum fore. Etiam si quoq; nūc ante novem annos ferme, quo tempore fratres nōdum noti fuerunt, Domini Thomæ de Kempis imitationem Christi sæpissime, nec absq; singulari voluptate, diligentissime perlegerim, nihilominus tamen interim nullus frater apud me fuit: cū tamē Theophilus Schweiccardus, in speculo suo Sophico Rhodostaurotico ita scribat: *Spera in Deum; indefinenter eum rogato: audire & diligenter lege ipsius verbum & ex corde cōsidera: ex corde dicito: In te ipsum intro: Omnia mundana seponito: considerato vetera Opuscula Tho. à Kēpis ante 150. annos cōscripta, imitare illa*

illa, in ijs habes totam artē, quæ, ob præstantiam suam, bene digna, ut auro, argento, preciosisq; lapillis involvatur, & summi thesauri instar, custodiatur. Si potes, & facis hoc, plus iam es, quam semi Rosæ Crucis Frater, & tam Magnalia macro, & microcosmica, mox in promptu erunt, & certus eris, quod hac in re quamprimū frater aliquis ad te venturus sit. Mirum, & pene incredibile alicui videtur. Sed, rogo te, si beatitudinem tuam amas, obtempera dicto isti pretiosissimo libello, & quantum quidem potes, singulari quoque studio sectare Parergon: Spondeo tibi te artem & simul collegium ipsum inventurum. Et hac est via unica, alias nullum aliud querere huius Palatij iuvat. Nullus enim est, & tamen ullus aliquis est in quantitate discreta, non continua. Nihilominus tamē, & haud considerato, quod nunc dictum est, dictus iste libellus, iuxta SS. Biblia, semper dilectissimus meus libellus erit. Quocirca, epilogi loco, gratioſo meo Domino Tyrosopho felicē diem comprecor, obnixè simul rogās, ut mihi ignoscat, quod ipsum, colloquij mei ubertate, tam diu à negotiis suis avocaverim.

POLITICUS.

Quod Dominus Quirinus nunc, tam
ad

ad excusationem, quam gratiarum actionem, domini peramicę conversationis causa, in medium adtulit, id simul pro me locutum esto: & conclusionis ergò, Domino, ipsiusque domesticis, prospera quæque tempora ex animo precor.

TYROSOPHUS.

Ambobus Dominis, gratiosis, & veteribus meis amicis, peramicas ago gratias, ipsisque totidem reprecor.

F I N I S.

L

ECHO

E C H O

Colloquii Rhodo-staurotici,

H O C E S T :

R E S O L U T I O

S I V E R E S P O N S I O A D N U -

P E R O T E M P O R E E D I T U M T R I U M

personarum Colloquium Frater-

nitatem Rosæ Crucis

concernens.

In quo videre est

*Q U O N O N S O L U M M O D O A U -**thor dicti illius Colloquii in scribendo respexit,**sed etiam quomodo propriè cum Fraterni-**tate ista comparatum sit.*

Mandato Superiorum confecta

per

B E N E D I C T U M H I L A R I O N E M ,

Fr. Colleg. &c.

Per Augusta ad Augusta.

A N G U S T I S , A U G U S T A ,

viis petit A R D U A V I R T U S ,

Non datur , ad cœlum currere lata
via.

OS SE

ANNO CHRISTI. M. DC. XXIV.

Post pluvias formosa dies, POST NUBILA PHOE-
BUS,
Post lacrymas tandem latior hora venit.



HONESTO ET HUMANO ANONYMO SAT NOTO, VEL
CHRISTIANO INNOMINATO,
Tyrosopho & omnium artium amatori
verissimo, nec non Fraternitatis Ro-
seæ Crucis oculo eminentis-
simo, amico probè
colendo,

BENEDICTUS HILA-
RION,

*NOMINE TOTIVS ROSEÆ CRV-
cis Fraternitatis Dei misericordiam, frater-
nam consuetudinem, & commodam ca-
ptorum continuationem sin-
cerè precor.*



Notum tibi facio, dilectissi-
me & confidentissime ami-
ce ANONYME, sat note,
quod à te ipso formatum,
Colloquium Rhodo-stauroticum, quod
quidem quasi à Christiano innominato
transmissum tibi fuisse videtur, juxta i-
psius datum, nobis Collegis Ordinis

L 3

Ro-

Rosæ Crucis satis maturo tempore acceperimus.

Etiam si verò antequam illud prælo subjeceris, propositi tui ratio nobis benè cognita fuerit, &, ut ab instituto tuo desisteres, bellè te monere potuerimus: nihilominus tamen, sequentes potissimum ob causas, te progredi lubenter passi sumus.

Primò, ut hoc ipso te quodammodo exerceremus, ut videlicet aliis horis succisivis, non frustra, sed cum fructu tempus tereres.

Secundò ut Disputatio, vel multo potius Dissertatio fictarum personarum adhuc multos pios homines (quorum nobis multi hinc inde noti sunt) nō solummodo ad nostri, nostræq; cōditionis meliorē inquisitionē excitare, sed et eo ipso ansam dare possit, ut in quotidiana vita sua, omnibusq; suis actionibus ita gerat, ut deniq; suo tempore pro suo merito in Fraternitatem nostram possit recipi.

Tertiò ut, loquamur ita, albū ab atro, vel bonum à malo, eo melius & citius dignoscatur. Exempli gratia: Sermo Tyrosophi adversus sermonem Politici.

Cum vero nobis bene notum sit, quod omne à Tyrosopho in Colloquio isto propositum, proprię tuę personę nomine dictum sit: itaq; nō immerito, & tum simul singulari ex impulsu Rosę Crucis lenitatis intermittere non potuimus, quin Christiana fraterna responsione te benivolè dignaremur.

Quo melius autem omnibus nostris in propositionibus nobis fidem habeas, & porro tibi notum facimus, quod non solummodo jam, sed & tum temporis quoq; quo jam dictum Colloquium scripsisses, benè notū cognitumq; nobis fuerit, in dubio hæseris, an videlicet illud pro, vel contra cōcludere debueris, donec te deniq; resolveris & pro concluderis, ut hoc modo, si nobiscū, juxta Famę nostrę Tractatus, ita cōparatum, tui clementissimè mentionē facere possemus.

Equidem non abs re est, quod Silentium nostrum multos hætenus homines in errorem præcipitaverit, illos tamen solummodo, qui tempus patienter expectare minime potuerūt. Inter quos tamen te non numeratū volumus, quod, una cum quibusdam, nobis benè notis

piis, benevolis, ab initio, in hodiernum usq; diem semper magis pro, quàm contra nos extiteris: quemadmodum etiam illud ipsum orali defensione omni tempore apud ipsos, qui, crassa ex ignorantia, nobis infecti sunt, mascule prestitisti. Quemadmodum etiam Dominus Michael Majerus, tamquã vir Clarissimus, illud ipsum scribendo egregiè præstitit, veluti ejus rei luculentum præbent testimonium, ipsius Silentium post clamores, Themis aurea, Verum inventum, Symbola aurea mensæ, &c: quæ scripta etiam à Domino Authore ipso non frustra scripta esse debent, sed illum, haud immerito, ante mortem ipsius, tam ingentibus honorariis, quàm non minus singularium mysteriorum communicatione, beabimus.

Cum enim nobis omnium actiones hinc inde satis superque notæ sint, iccirco nuperrimo tempore iterum non cōtemnendam partem bonorum, benè affectionatorum moderatorumq; hominum in Fraternitatem nostram recipiendi, eosdemque nostræ tam spiritualis, quàm secularis à divina bonitate acceptæ

præ sapientiæ participes reddendi elegimus: quorum quidam pii & constantes Theologi, & probi Christiani: quidam sinceri Jurecōsulti: quidam eximii Medici, Philosophi, Poetæ, aut alii aliarum artium liberalium amatores sunt. Ex quibus præcipui: A: G: S: P: N: J: A: M: B: J: H: G: B: J: D: M: J: R: P: R: J: D: B: G: A: S: S: J: M: D: S: C: K.

Vice versa cum quibusdam non benè contenti sumus, qui nobis (in sciiis tamē ipsis) benè noti sunt, in quos, ob locutiones suas & defensionem nostri Ordinis, firma conjicitur præsumptio, quasi ad nos pertineant, & recti verique Rosæ Crucis Fratres sint, cum tamen illi, neque in Theosophia aliquid extraordinarii mysterii, neque etiam in Chymia aliquid ex fundamento sciant atque intelligant: sed nihil amplius sint, quàm præsumētes magni Theosophi, & Chymici: in ipsa rei veritate tamen istiusmodi Narrosophi, ut etiam in quatuor Orbis partibus, majores reperire haud liceat. Immò, quod etiam ingeniosissimus & celeberrimus ille Apelles, si adhuc in vivis esset, ipsos rariores (credo) pingere

non posset. Nihilominus tamen Somniatores illi de multis rebus arcanis, præsertim de lapide philosophico (cum majorem illius rationem curamq; habeant) ita aptè loqui norunt, ut etiam aliquis, nisi exactiorem rei haberet notitiam & ipsos, tanquam ipso Iro majores, ante non nosset, juraret, ipsos Lapidem istum ab incūte quasi ætate, antequam, an videlicet Lapis taurus vel asinus fuerit, norint, devorasse. Qui tamen postea multifarias suas virtutes in Narosophorum corpora ita distribuit, ut ipsa etiam meræ tincturæ facta, & exinde quasi non amplius mortalia, sed clarificata corpora habeāt, quæ nullo amplius nutrimento indigeant. Quemadmodum enim (pro ipsorum quidē judicio) Noahus in arca, tam animali, quàm humana societate, māducavit, medicinam nimirum universalem: Cū autē pauci libros scribant, in causa, quod nō possint, iccirco de ipsorum putaticia Sapientia, ipso facto tamen mera Phantasia, eo minus periculi metuēdum est. Quivis insuper prudens lector, & omniū artium liberalium amator, præsertim vero tenellæ & castæ

castæ virginis Chymicæ, singulum Tractatū, & orale Discursum, facili mē judicare & ab ipsorū fermēto cavere sibi poterit.

Reperiuntur itidē non pauci, qui hætenus, nostri causa, valde dubitarunt, & id nō solūmodo liberis cogitationibus, sed etiam quandoq; oralibus sequentia verba evomere haud sint veriti: Sunt R. C. Fr.? tunc in Dei nomine sitis. Si revelari debent? tunc ipsi sese manifestabūt. Sin non omnib. communes fieri & manifestari debent? tunc illud benè intermittent. Sin fortassis mortui? Mortui etiam maneāt. Sin à mortuis resurrecturi & juxta prætensiones ipsorū, mundum reformaturi sunt? Tūc aut resurgāt, vel, si somnum malint, sempiterni dormientes fratres maneant. Si vero forsitan nunquam in rerum natura fuistis? Tunc in Dei nomine etiam ita maneatis.

Etiam si vero istiusmodi cogitationes, ob inscitiā, per se neq; bonæ, vel malæ, sed mediocres sint, ex incerto & dubio tamē aliquo animo suam fortiātur originem: Iccirco omnes eos, qui hætenus ita locuti sunt, vel saltem talia cogitarunt, peramicè volumus admonitos, ut à tali du-

li dubio abstineant, & illius loco, nostrū à D E O (ad ipsorum omniumq; piorum Christianorum temporalem æternamque salutem atque prosperitatem) præfixum tempus, in Christiana indubiaque spe, patienter expectent.

Juxta dubios istiusmodi homines, & qui, cum Thoma Apostolo, non antecredunt, quàm vident, non exiguus etiam eorum invenitur numerus, qui (cum laborare nolint) lubenter viderent, ut Anabaptistica communitas, omniumque temporalium bonorum universalitas in universo terrarum Orbe hinc inde grassaretur.

Sciant autem illi, quòd illud in toto mūdo, immo ne in insigni quadam Provincia, aut unica etiam in Urbe quidem hodierno tempore fieri possit: quamvis illud inter nos Fratres & Collegas Roscæ Crucis fiat, nec ideo tamen Anabaptistæ simus.

Præsumentes itaq; imaginatores isti imposterum prudenter secum ipsi considerent, an istiusmodi Communitas salutaris, & quomodo commodissimè possit institui? Verum cum sociis istis ita cō-

para-

paratum est, quemadmodum cum Authore Sphyngris Rosaceæ, qui sanè in eo multo prudentius & candidius egit, melius etiam SS. in Bibliis legere potuisset, quàm ut quasi suum acutum caput, minus necessaria conjectatione ita debilitasset, quemadmodum etiã summo studio omnes suas cogitationes eo potissimum direxit, ut bonas nostras causas calumniosè proscinderet.

Dicat nobis, tanquã prudens aliquis Physicus, qui persuaderi sibi minimè cupit, quando, quomodo, & ubi umquam aliode nomine, quàm Christi, gloriati fuerimus? Multo igitur foret consultius, ut, hac in re, verba Pauli observarentur, dum prohibet, neminem sese Paulinum vel Apollineum nominare debere, nullum siquidem horũ pro nobis esse mortuum.

Nos neque Lutherum, Calvinum, Weigelium aut qualicunque etiam illi nomine appellentur, in omnibus defensori sumus: quemlibet tamen iis in punctis, in quibus erravit (Errare enim humanum est) convincemus, & divini verbi intellectus, cœlestisque veritatis re-

ſpectu, rectius docebimus.

Porro quoque te, tanquam gratum nostrum amicum & Fratrem Anonymū, certiore reddimus, quod, brevi temporis ſpacio, noſtri Ordinis Frater ad te veniet, idque forſitan citius, quàm illud tibi perſuaſeris.

Cum igitur homo, ob corruptam ſuam naturam, vanus & ita conſtitutus ſit, ut quandoque bene affectus, ſæpe numero etiam bonis cogitationibus & operibus occupatus ſit, vice verſa tamen etiam quandoque mundanam vanitatem ſectetur: iccirco ita te geras, ut ab illo, noſtro quidem dicto jam tamen minus nominato, ſed tamen ad id conſtituto Collega Roſæ Crucis noſtro recipi ſuſcipique poſſis.

Si etiam, ipſo probationis tempore, poſtmodum ita te geſſeris, tunc facile fieri poſſet, ut à nobis aut Alcairum, vel Memphim, urbem Ægyptiæ, in locum Hieronymi Alexandrini, qui nunc ſeptem per annos integros noſtrum inibi Agentem egit, mittereris, ut hac ratione, etiam exteris in Nationibus, mirabilia DEI opera (quamvis idem illud

lud etiam in cujusvis Patria commodè fieri poterit) perlustrare possis: cū illud, ante non solummodo nobis notum sit, sed & ipse in Colloquio, sub nomine Politici, artificiosè & modestè id innueris, quod videlicet, visendarum peregrinarū Nationum, summo desiderio & voluptate tenearis, & tamen hætenus in eo, ex sumptuum penuria, impeditus fueris.

In eo quoque nobis cum primis places, quod præ multis aliis ita comparatus sis, ut nihil sit tibi gratius & acceptius, quàm ut omnibus humanis officiis & negotiis te facile abdicare possis. Id quod tamen huc usq; , tui ipsius emolumentum causa, fieri nondum debuit. Imò adhuc ulterius nobis haud est incognitū, quod, sedula studiorum tractatione, & modo dicti impedimenti causa, tantos progressus feceris, ut, abrogatis etiam Legibus omnibus, tu tamē nihilominus respectu in Colloquio allegatæ responsionis Philosophi Aristippi, salva cōscientia benè politicè, piè, & integrè vivere posses, idque unica ipsa de causa quod, illud rectum & æquum esse, non nescias. Ne autem primumque plus justo nosmet deti-

detineamus, non tantum tibi, amice Anonyme, sed simul omnibus, ad quos ista nostra Echo pervenerit, locum habitationis nostræ quod attinet, notum sit, quod cum illo haud aliter comparatum sit, quam veluti in Colloquio, partim sub nomine Quirini, & tandem Domini Tyrosophi significatum fuit.

Alias tamen, totius nostræ revelationis causa, omnibus notum sit, quod jam jam tempus nondum adsit, sed Christiana in patientia in Deo triumphantem Annum 1624. expectare velint, ubi sanè gratissimum, non solum paucis hinc ab annis, sed multis etiam à seculis, tam è sacris, quàm profanis prognosticatū, hodierno autem tempore à multis exoptatum seculum aureum solenniter & singulari cum lætitia, suum sumpturum est initium.

Objiciant & dicant forsitan vestrum aliqui: Quis scit, quis ad annum, 1624. usque victurus sit, centies enim interim mori is posset? Ad hæc respōdetur: Rem maxime sese ita habere, quod nimirum eorum multi, qui tamen summo ejus rei desiderio tenentur, tempus illud minime vi-

me victuri sint. Ad illud tamen porro notandum est, quod in nostra notitia, vel scientia, mysteriorum nostrorum nulla æque beatitudo, sed unice & solūmodo in recta fide, & juxta illam conformi vita omne situm sit.

Nihil igitur beatitudinis tuæ causa, tibi metuendum periculi, sin revelationis nostræ tēpus vita assequaris, nec ne. Commodissime tamen hac de re ut scribamus, cum illud tempus tanto studio vivere desideres, pro more mundano, quotidiano genio & crapulæ minime indulgeas & aliorum excessus imitari nequiquam studeas. Id si feceris, tunc, naturalier ut loquamur, eo diutius & commodius etiam vivere poteris. Sin autem DEUS, ex arcano, solo sapienti suo consilio te forsitan advocaturus sit, tunc tuam ipsius voluntati committito, quemadmodum Christus, veritatis os & fundamentum ipsum, illud ita fieri præcepit.

A publicatione Famæ nostræ in super huc usque non pauci, tam docti, quàm indocti homines nos tentarunt, an videlicet nos commovere possent, ut in Fra-

M

ter.

ternitatem nostram reciperentur. Verum pro ut vitam suam ad id instituerunt, ita quoque eandem, cum aliis, sortem experiri coacti sunt.

Licet sub nomine Politici, in dicto isto tuo Colloquio, ita famam nostram denigraveris, ut satis sufficiensque illud esset occasio, quod in Fraternitatem nostram non admittereris, sed per omnia repudiareris: nihilominus tamē tibi peramicē & fraternē illud nunc remissum est. Partim cum sciamus, & in ficta ad Anonymum epistola scriptū extet, quod non tua sponte sed aliorum quasi ex ore audieris, scripseris: partim, quod illa necessaria fuerint, si alias Tyrosophum nos defendendi materiam habere oportuit.

Quod vero alias nonnulla ipsius tam Theologica, quàm Philosophica Opuscula in sæpius dicto tuo Colloquio, cōmendes, id per quàm gratum acceptumque nobis esse patimur: cū primis quod pientissimi Thomę de Kempis imitationem Christi, utpote tali honore dignam, primo loco posueris, quem libellum tibi & omnibus diligenter legendo & pra-

Etican-

dicando summo opere commēdamus; optimè scientes, neminem pœniturum esse.

Quod Politicus, in Colloquio suo; ulterius conqueratur, & dicat: Cur illi (intellige nos Roseæ Crucis Fratres) nō veniunt, & confusum S. R. Imperii statū pristino seculo atirēo nō restituant? Cur ipsi sibi non medetur? Hæc tamen suo loco, nunc ad Epilogum nobis prosperandum est. Si igitur, favoris & artis nostræ, cupide Lector, qualis qualis etiā tu sis, in futurum; cō citius & cōmodius apud nos ad perfectionem omnium artium pervenire volueris, tunc; juxta ardentissimas pœces, te interim simul in Tyrociniis, vel assiduo labore diligenter exerceas: judicium sapiētum hominum de laboribus tuis nō contemnās (licet istiusmodi homines sæpe numero vili auctoritate externè polleant) sed juniori illum pictorem imitetur, cujus in M. Leonardi Fioravanti speculo mūdi omnium artium, 8. libelli primi capite decimo quinto jocosa sit mētio; tunc procul omni dubio aliquid laude dignum discere & ad Praxin reducere poteris.

M. 4

Cum,

Cùm, vice verſa, alter aliquis, qui bonorum virorum bona confilia reſpuit, & ſe ſolum aſtutum, prudentem & ſapientem eſſe exiſtimat, nunquam aliquid reſti vel laude dignum diſcere & exercere poterit.

Quicquid autem agis, ſemper bonis ſalutaribusque laboribus perficiendis inhiato, quod, ſi haſtenus à multis Scriptoribus id obſervatum fuiſſet, multa ſuperflua, minusque neceſſaria tum retardaffet. Quorum plurima ad nihil amplius conducunt, niſi ut ante ſat ſtultum mundum adhuc ſtultioſiorem reddere conentur.

Ut verò, omnium meorum Collegarum nomine, ad prius meum propoſitum revertar multo melius conducibiliuſque fore aſſevero, ſi multi à magna Grammaticorum reformatione deſiſterent & tempus utilius collocarent, tunc etiam domicilii melior feliciorque ſperanda eſſet ſucceſſio.

Multo quoque melius eſſet, ſi quidam putaticii magni Chymici magis meliusque in Theoria ſeſe exercerent, antequam ad Lapidis philoſophici Praxin

acce-

accederent, & hacratione substantiam suam Vulcano consecrarent.

Alias omne illud, quod in toties nunc dicto Colloquio Rhodo staurotico, sub nomine Politici, contranos asseritur, illorum omnium necessario refutandorum, nulla nunc nobis occasio conceditur.

Brevi tamen temporis spatio futurum est, ut omnia & singula, ab Anno 1614. hucusque in nostram ignominiam publicata, Scripta, etiam unica vice copiosissime satis superque refutaturi simus. Ubi sanè ipsa meridiana luce clarius apparebit, quid haëtenus à nobis, & vice versa, ab alijs nostro sub nomine, partim benè & rectè, partim verò malè & falso scriptum publicatumque fuerit.

Nonnullos etiam in promptu a descaudio, qui eo adlaborant, ut tibi ad Colloquium Rhodo-stauroticum, nostro nomine, respondere, & glaucoma tibi objicere conentur. Id q̃ & te ipsum, tunc & omnes alios, ad majorem veritatis informationem, latere minimè volumus. Illud tamen molientibus pro-

pria ipsorum discretioni & commodo
 committimus, ut nimirum illud suum
 propositum intermittant, vel ad majus
 suum damnum exequantur; alias ante
 semestris temporis spacium tibi respon-
 dere constitueramus, id quod tamen, ob
 alia ardua, huc usque à nobis intermis-
 sum est.

Concludamus igitur & te amicum A-
 nonymum quemadmodum & omnes
 alios, qui Christianos sese nominant, &
 ita appellari patiuntur certiore redda-
 mus, ut nimirum Deum, ipsiusque ver-
 bum divinum & ardentes preces omni
 tempore ante oculos habere ne dedi-
 guemini. Datum Mense Martio:
 Anno 1622.

Ergon



Ergon & parergon Fr. C. R.

Cabalistica deductio de Olympo terræ:

hoc est :

Quomodo Natura, cujus magisterium præcipuè in terra latet, ad Creatorem suum referatur, tingens & transmutans metalla.

Pater, Filius, Spiritus sanctus.

Spiritus, Anima, Corpus, spiritus ab ævo.

Ignis, Aqua, terra.

Sulphur, Mercurius, Sal.

Canones declaratorii.

1. Erat Deus pater ab æterno, ignis incorruptibilis, lumen æternum, spiritu & æterna claritate plenum, sine principio & sine fine.
2. Hic spiritus in DEO fortior est suo corpore, quod ab igne vivificatum est: in hac vita est anima Creatoris.
3. Idem spiritus in divinitate in seipsum unitus, & fortificatus peperit tertium, nempe animam, quæ fuit in spiritu

M 4 ab

- ab æternis, nempe Verbū ipsum, & in Verbo & per Verbū est spiritus ignis.
4. Talis spiritus ignis, igni amoris in Deo manet sine fine, & est spiritus divinus imperās, qui dum loquebatur, omnia tanquam per Verbum creata sunt, in Verbo erat spiritus super aquam agitando.
 5. Hæc Dei Patris æterna sapientia. & Verbum invisibiliter & incomprehensibiliter omnia perfecit in seipso spiritus & anima Dei. Ut autem manifestaretur summa mysteria ignis & spiritus Dei in Deo, descendit ignis & spiritus Dei & corporaliter prodibat, iussitque ut ignis & spiritus in se, ex se defunderetur in corpus humanū virginicum, & ita quod occultū erat, manifestabatur, & ignis & spiritus Dei ex Deo per rotā Naturæ glorificabatur.
 6. Per spiritum agitatum supra mare faciebat Creator divisionem ignis sui æterni Creatoris, & corporum exteriorum creatorum.
 7. Facta tali divisione in mente Creatoris ordinavit Deus quatuor Elementa.

8. Tandem ignis & spiritus Creatoris ad astra & firmamentum devolvebatur: occulta autem erat in his omnibus & singulis sanctissima illa & benedicta Essentia Creatoris tanquam anima in Spiritu, prodiens postea per omnia sua miracula Creaturarum tanquam per corpora. Unde quoque huic occulto interno & mystico creato, divina rerum cognitio imprimebatur quae inferiora ad superiora trahebat, & hac divina anima corpora imbuta ordine suo procedebant & multiplicabantur.
9. Ignis, spiritus vel essentia divina per benedictionem creatis data & re ita confecta ad corpus pulchrum, purum & clarum progrediebatur, nempe ad terram & aquam & sumebat Creator id, quod purum, clarum & pulcrum erat ex terra, atque ex occultis trahebat, manifestumque faciebat formando imaginem sibi similem, nempe hominem quem edificavit ex quinta Essentia Olympi terrae, quae consistit in spiritu & anima per spiritum & animam Creatoris, quae in terra est Sal clariss. Sulphur es mercurius.

10. Videamus metalla & cætera mineralia, hæc nullibi reperiuntur quam in montibus & sub terra salis, sulphuris & mercurii. Terræ hæc per se & simplex non est, sed cum aqua minerali à Natura imprægnata: dum hæc ita quiescunt & crescunt, prodit radix omnium metallorum. Hæc est prima omnium sapientum, quos Deus scientia summi magisterii Naturæ beavit, materia. Hujus naturæ virtus est in corpore, id est, in sale, quod corpus five sal secum fovet sulphur & Mercurium, vel spiritum & animam. Et talis materia summi magisterii reperitur in igni & aqua vel in aqua imprægnata quæ aqua non est humida nec madefacit digitos, omnia sunt res una. Hæc autem aqua sine terra persistere non potest, quæ terra fovet ignem & aerem per spiritum agitarum Creatoris. Perpetua enim est connexio Essentiæ divinæ cum corporibus creatis. Essentia divina producit ignem & aere, tanquam spiritu & anima: Creatæ autem producuntur & manifestantur terra & aqua tanquam

quam corporibus. Et hoc est sacramen-
tum & mysterium copulationis summæ
scientiæ philosophici operis cum har-
monia sacrosanctæ divinæ Trinitatis
tanquam Ergon cum Parergo.

Soli Deo gloria.

CENTUM VIGINTI NOVEM
propositiones chemicæ Autoris
anonymi.

1. Geber ingeniose suos libros conscrip-
psit, sermone tali, qui prudentes mi-
nime lateret, mediocribus profundis-
simus esset; ignorantib. autem & im-
peritis utrosque terminos irreuerabi-
liter concluderet, una & eadem tra-
ditione.
2. Vili pretio ad finem perducitur ope-
ratio hæc.
3. Principia Naturæ, etiam hujus magi-
ster ii principia sunt.
4. Qui non habuerit ingenium natura-
le, & animam perscrutantem subtili-
ter

ter principia naturalia, & Naturę fundamēta, & artificia quę cōsequi Naturam possint, in suę actionis proprietatibus, non inveniet hujus pretiosissimę scientię veram radicem.

5. Principiorum naturalium metallorū, triplex est differētia. Sunt enim quędam remotissima, quędam remota si-
ve media mineralia, alia vero immedia-
ta.
6. Omnia metalla ex sulphure & vitriolo generantur.
7. Argentum vivum & sulphur commune, non sunt principia metallorum.
8. Materia prima in hac arte ea dicitur, quę proxime accedit ad naturā metallicam.
9. Vitriolum proxime accedit ad Naturam metallicam quia sulphureum est, & in se habet virtutem memoralem ut convertatur in metallum.
10. Virtus mineralis generandi metalla, est in sulphure loto, sine quo metalla nunquam generari possunt.
11. Hę res, quę naturam salis & aluminis habent, tantummodo solubiles sunt.
12. Ex vitriolo soluto duplex fumus re-
solvi-

solvitur, & hi duo fumī à Philosophis Sulphur & Mercurius dicuntur.

13. Sulphuris species, in metallis virtutē proximam acquirunt metallationi.
14. A metallis imperfectis diversa vitriola accipimus, nobis & utilia & necessaria.
15. Species sulphuris præparatæ, aptissimæ res sunt, ut ipsorū argentum vivum, in mercurium, aurum siue argē- tum convertant.
16. Quando vapores exhalantes cadunt in certam terram rubram, cōvertuntur in argentum vivum commune.
17. Quum duplex fumus, penetrādo per saxa, sulphur invenit, ipsum solvit, & ipsi commiscetur firmiter, & per successivam decoctionem in minera cōvertitur in metallum.
18. Omnia metalla ex eadē & simili materia generantur. Diversitas autem inter ipsa procedit ex diversitate loci mineralis, & ex diversis accidentibus, & contrarietate sulphuris loti, & diversa digestionē.
19. Omnia accidentia, materiæ radicali supervenientia, possunt removeri,

ut

- ut fiat verum Elixir, quod metallum est. plusquam perfectum, necesse est illud fieri ex proprio semine Naturæ.
20. Elementa lapidis philosophorum, naturam propinquam, convertendi se in metallum adepta sunt, quod Elementis aliarum rerum minime convenit.
 21. Vitriolum commune principium remotum est ab arte.
 22. Principia artis, non sunt in rebus vegetabilibus sive animatis neque in rebus, quæ ab his sumuntur, quia aliena sunt à natura metallorum.
 23. Sulphur & argentum vivum commune non sunt principia Naturæ, Ergo neque artis principia erunt.
 24. Sulphur solum non potest generare neque metallum neque Elixir.
 25. Qui ita noverit præparare sulphur, ut metallis commisceri & uniri possit: maximum Naturæ secretum tenebit, & viam brevem perfectionis ingressus est.
 26. Elixir fit duobus modis, ut per calcinationem & solutionem & sine calce & destillatione.

17. Argentum vivum suis sulphuribus conjunctum, & coagulari, & fixum reddi potest.
28. Argentum vivum cum solis herbis non redditur fixum.
29. Nostrium argentum vivum sive mercurius noster, sal est, virtutem habens veræ calcis.
30. Mercurius sive argentum vivum metallorum per calcinationem vertitur in sal.
31. In corporib. metallicis sunt duæ sulphureitates.
34. Nostrium Arsenicum, sulphur & argento vivo participat, quare Hermaphroditon appellant: attamen per se non potest metallum aut Elixir generare.
34. Tutia fumus albus est, nostri Jovis, — propterea cupro colorem citrinum inducit.
35. Sulphur cum suo sale & aceto calcinatur & lavatur.
36. Noster Jupiter & Saturnus sales sunt simul junctæ, ante destillationem.
37. Sulphur in præparatione plures supra sese pelliculas creat.

38. Sub marchēsitæ nomine Geber de lapide philosophorum loquitur. —
39. Vasa putrefactionis & præparationis sulphuris, similia sunt & eadem, hoc est, in fundo plana.
40. Artis principia inveniuntur in metallis.
41. Elixir & lapis philosophorum, vegetabiles, & animales, & minerales sunt.
42. Necessarium est, ut inveniatur medicina metallica, quæ imperfecta metalla transmutare possit in verum aurum & argentum.
43. Metalla perfectissime transmutari possunt, unum in alterum.
44. Ars plerumque vincit naturæ operationem.
45. In uno solo lapide consistit totum magisterium huius artis.
46. In generatione metallorum & Elixiris, sulphur paterno semini simile est: Argentum vivum vero femineo mēstruo.
47. Lapis Philosophorum habet in se omnem naturalem præparationem, & totum hoc, quod ad perfectionem requiritur.
48. Elixir, aurum potabile, quinta Essentia & semen ex eadem materia fiunt.

49. Opinio quorundam qui Elixir fieri volebant ex auro communi.
50. Elixir ex auro communi fieri nō potest, quia ipsius sulphur iam ad ultimam permanentemque tincturam pervenit, & ipsius tinctura hoc nō excedit, quod sibi necessariū erat, propterea aurum & completum & determinatum dicitur, neque (ut maxime necessariū erat) debite ad materiam primam reduci potest.
51. Humidum radicale, in cæteris metallis æque virtuosum, incorruptum & incombustibile est ut auri.
52. In lapide philosophorum, aurum & argentum sunt in potentia & virtute.
53. Per corpora perfecta Geber sulphuris præparati species intelligit.
54. Aurum philosophorum & aurum potabile, sulphur subtilissimum radicale sunt, quod anima dicitur.
55. Fumus albus, in suo ventre fumum rubrū portans est vera quinta essentia.
56. Quinta essentia, actu nullam qualitatem habet elementalem.
57. Aqua vitæ philosophorum è lapide philosophorum descendit.

58. Sulphur mediante igne, dulcorat a-
quam amaram.
59. Cœlum nostrum ornari debet, sole
nostro & stellis.
60. Nostra quinta essentia, variis nomi-
nibus appellatur perniciosorum &
ferocium animalium, ut ursi, leonis &c.
61. Aquæ coagulantes & figentes, duæ
sulphuris sunt species Veneris & Mar-
tis nomine designatæ.
62. Vitri nomine in ista arte sæpe sul-
phur intelligitur.
63. Differentia est inter coagulationem
quintæ essentiæ & fixum Elixir, ope-
rantur enim diversos effectus.
64. In medicina potabili pars animalis
habetur.
65. In omni metallo singula philosopho-
rum metalla continentur.
66. In ista arte necesse est, occultum ma-
nifestari, & manifestum occultari.
67. Cum præcipitur, corpora in aquam
esse resolvenda, intelliguntur species
sulphuris.
68. Præter sulphur & argentum vivum,
nō sunt alia philosophorum metalla.
69. Ars imitatur naturam in multis reb.
70. Sul-

70. Sulphur rubrum, ut vinum, quando calcinatione nigrescit nigrum nigro nigrius.
71. A colore nigro ad albedinē, multi & varii colores apparent in sulphure.
72. Elixir primò fit nigrum, secundo dealbatur, postea colorem citrinum assumit, ultimò vero rubrum.
73. Elixir coagulatur in forma ovi.
74. Nigredo durat quadraginta dies.
75. Veteres sub velo fabularum poetiarum occultaverunt hanc artem.
76. Sub fabula Herculis & Anthei, occultaverunt præparationē sulphuris.
77. Dixerunt veteres, Jovem sese cōvertisse in pluviam auream, hac fabula occultantes destillationem auri philosophici.
78. Per Argi oculos in pavonis caudam conversos, significarunt nostrum sulphur, q̄ de colore in colorē mutatur.
79. Sub Orphei fabula occultaverunt dulcedinem quintæ essentiæ & auri potabilis.
80. Si Empedocli credimus occultaverunt veteres totam huius artis praxin sub fabula Pyrrhi & Deucalionis.

81. Sub fabula de Gorgone, qui omnes se-
conspicientes in lapides cōvertebat,
occultaverunt fixionem Elixir. —
82. Destillationem occultātes dixerunt,
Jovem conversum in Aquilam, sub-
volasse cum Ganymede in cœlum. —
83. Sub fabula Dædali & Icari, putrefa-
ctionem & destillationem occulta-
verunt.
84. Destillationem auri philosophorum
occultaverunt, dicentes, ramo aureo
exciso, alium statim subnasci similiter
aureum.
85. Hanc destillationem occultaverunt
etiam dicendo, Jovem patris sui Sa-
turni genitalia excidisse.
86. Aqua mercurialis currus est Phae-
thontis.
87. Per Minervam armatam intellexe-
rūt eam aquam destillatam, quæ par-
tē habeat subtilissimi sulphuris, quod
Sulphur ferrum dicitur. —
88. Per Vulcanum, qui Minervam sequi-
tur, significatur sulphur, quod hanc a-
quam sequitur, & suum Sal in putre-
factione.
89. Per nubem Spissam cum aqua Jupi-
ter

ter circumdedit Jo, significatur pelli-
cula in coagulatione Elixiris apparēs.

90. Pelliculæ nigræ, apparentes in calci-
natione sulphuris, sunt vela nigra, cū
quibus Theseus redijt Athenas.

91. Sub nomine diluvii & generationis
animalium, descripserunt destillatio-
nem & generationem sulphuris.

92. Per Martem significarunt nostrum
Sulphur, & per Junonem elementum
aeris, & interdum elementum terræ.

93. Per Latonam in Delo Insula cōpres-
sam à Jove, significaverunt nostrū cu-
prum, quod in bociam positū, solem
& lunam generat, præparationem sul-
phuris occultaverunt, dicentes, Vul-
canum propter deformitatem deie-
ctum in Insulam Lemnon.

94. Atalantos hoc est aqua nostra velo-
cissima & levissima cum sulphuribus
& coagulatur & firmatur.

95. Boli, quibus Theseus ora Minotau-
ri inviscavit, sunt sulphuris species. In
labyrintho, id est, in nostro vase sive
bocia, aquam mercurialem inviscan-
tes.

96. Per Phoenicem, qui semper revivi-

scit, intellexerunt multiplicationem Elixiris.

97. Sub nomine & fabula Demogorgonis occultaverunt materiam & praxin huius artis.

98. Chaos veterum, est noster Saturnus.

99. Elixir ex argento fieri non potest.

100. Elixir fit ex metallis imperfectis.

101. Metalla imperfecta, media mineralia sunt.

102. Opinio illorum, qui Elixir ex plumbo communi faciebant.

103. Opinio quorundam, Elixir ex stagno faciendum affirmantes.

104. Elixir neque ex stagno, neque ex plumbo communi fieri potest, cum sint immunda in radice.

105. Primus ordo præparationis est solutionis, secundus est fixationis, tertius vero multiplicationis Elixir.

106. Ex fœcibus adustis extrahitur Mercurius noster cum quo multiplicatio fit.

107. Cuprum & ferrum commune in eorum radice pura & munda sunt.

108. Elixir fieri non debet ex cupro communi.
109. Nostri cupri minera sal est, dictum Saturnus.
110. Opinio Elixir fieri non posse ex ferro communi.
111. Ex traditione Gebri & omnium philosophorum probatum amplius Elixir fieri ex ferro communi.
112. Vas destillationis Mercurii simile esse debet tabulæ planæ, aut parvæ concavitatis.
113. Elixir fit ex ferro communi, quod hoc plus sulphuris fixi habeat præ cæteris metallis, & quod sui spiritus virtuosiores sunt, & quod sua terrestritas ab eo facile separetur, & facile ad materiam primâ reducatur, & quod ipsius ferri mercurius præparatus, suum sulphur melius à combustionē defendat, & quod hoc incompletum sit, & medium minerale, in quo extrema, in virtute continetur: & quod minera sit auri philosophici.
114. Antiqui philosophi per varia ænigmata & similitudines significarunt, Elixir ex ferro componi.

115. Ferrum hominem dixere Veteres, quod habeat animam, corpus & spiritum.

116. Ferrum generatur in terra specialiter per virtutem stellæ Polaris.

117. Lapis ille, qui vili pretio venditur, ferrum est, si cæteris metallis comparaveris.

118. Ferrum vegetabile dicitur.

119. Fit Elixir ex lapide vilissimo.

120. Lapis vilissimus philosophorum vegetabilis, animalis & mineralis est.

121. Elementorum separatio.

122. Ferri spuma, quæ à fabris ferrariis abiicitur vilissimus lapis philosophorum est.

123. Humidum radicale, metallorum igne non aduritur.

124. Ex scriptis Gebri probatur, spiritus ex calce ferri, sublimandos esse.

125. Calx ferri, ignis vehemētia conversa in naturam vitri coloris quasi viridis, aut cælestini obscuri, sive sapphirini obscuri virtuosissimus philosophorum lapis est.

126. Vitrum hoc, humidum radicale ferri est, variis philosophorum sententiis

tiis probatur, lapidem philosophorū
igne non aduri.

127. Ferrum à multā terrestreitate mū-
dificatur, cum in naturam vitri redu-
citur.

128. Veteres philosophi convertebant
Vitrum in naturam metallicam.

129. Vitrum est major lapis vilis, reper-
tus ubiq; & famosus, &c.

Soli Deo nostro gloria.

I.

*Viva fides, usq; & fructu commoda multo,
Proficit, at nullum mortua prestat opus.
Iustitiam dat viva fides: sed mortua damnat,
Ergo tuam factis disce probare fidem.*

II.

*Cælica suspirans iam dudum ad regna viator,
Ipse suas aliis sponte reliquit opes.
Fænore cum toto teneant nihil in videt: huius
Instabiles mundi cum sciat esse domos.*

III.

*Frangor ego: adversis sed me patientia rebus
Subrigit, & stabili spes solidata loco.
Quippe Deus sortis mihi providus auctor ini-
quis
Non sinet oppressum, non superesse malis.*

N S

IV.

IV.

*Natus humo despectat humū, & terrestria toto
Corde petens, cælo querere nescit opes.
Nempe rubo similis: nam, cū surrexit in altum,
Radices summa fronde recurvat humo.*

V.

*Excute, admoneo, pulsa caligine, somnos:
Iudicis advenit tempus & hora Dei.
O vigiles aperite animos, incuria ne vos
Impia terribili deprimat exitio.*

VI.

*Alta Dei flammæ vox toto suscitât orbe,
Dum nimis averso mens mala corde furit.
Sæpia mēs humilis paret. Sic excoquit aurum,
Et paleas eodem devorât igne focus.*

VII.

*Ver erit & prope tunc æstas, cum ficius in agris.
Ostendit fructus parturietq; novos.
Christus adest, nam, quæ certissima signa vi-
demus,
Religio in toto purior orbe viget.*

CHRI.

CHRISTIA-
NÆ RELIGIO-
NIS SVMMA.

PER
CLARISSIMVM VIRVM
JOANNEM
DIAZIUM HI-
spanum.

1

2

3



CHRISTIANÆ RELIGIONIS SUMMA.

*Christiana Religio ijs duobus potissimum
capitibus constat.*

- I. Utrite colatur Deus.
- II. Unde salus sibi petenda sit nove-
rit homo.

CAPVT I.

DEi cultum sic finimus: Cuius præ-
cipuum fundamentum est, Deum
sicuti est, omnis virtutis, iustitiæ,
sanctitatis, sapientiæ, veritatis, potentię,
bonitatis, clementiæ, vitæ, & salutis fon-
tem unicum agnoscere: ideoque bono-
rum omnium gloriam illi in solidum ad-
scribere, & tribuere: quærere in ipso solo
omnia: atque idcirco, si quid nobis opus
est, in ipsum solum suspicere.

Inde nascitur { *Invocatio*
 Laus
 Gratiarum actio } *Dei*

Quæ tria testimonia sunt eius, quam
illi

illi tribuimus Gloriæ. Hæcque est vera nominis eius sanctificatio quam imprimis à nobis ipse requirit, & quam quotidie in Dominica precatione oramus, cum dicimus, sanctificetur nomen tuum.

Huic annexa est adoratio, qua reverentiam illi magnitudine, excellentiaq; sua dignam exhibemus.

Cui serviunt ceremoniæ tanquam adminicula vel instrumenta, ut corpus una cum animo in cultus divini professione exerceatur. Et quibus velut in conspectum Dei prodimus, & cultū eius singulariter in Ecclesiæ cœtu profiteamur, idq; cum primis agimus, ut & veniam impetremus eius, quod à verbo, placitisq; ipsius in cæteris nostris actionibus tam multipliciter defleximus.

Sequitur postea nostri abnegatio, ut renunciantes carni, & mundo, transformemur in novitatem mentis: quo iam non vivamus amplius nobis, sed nos ei regendos, & agendos resignemus.

Hac vero abnegatione ad obedientiam, obsequiumq; volūtatē eius comparamur. Ita ut timor in cordibus nostris regnet,

regnet, omnesque vitæ nostræ actiones moderetur. Ubi enim est Dei timor, ibi est & salutis initium.

His partibus continetur verus & sincerus Dei cultus: Quem solum probat, & quo delectatur Deus, tum Spiritus sanctus ubique in scripturis docet, tum ipse quoque pietatis sensus absque longa disputatione, id ipsum dicat. Nec alia fuit ab initio colendi Dei ratio, nisi quod hæc spiritualis veritas, quæ nuda & simplex apud nos est, figuris sub Veteri Testamento involuta fuit.

Atque id est, quod volunt Christi verba: Ioan. 4. Venit tempus, cum veri cultores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Non tamen negare his verbis voluit, quin à Patribus spirituali isto modo cultus fuerit: Sed discrimen in externa tantum forma iudicare, quod cum illi adumbratum habuerint, Spiritum, multis figuris, apud nos simplex est. Atque ita semper valuit illud: Deum qui spiritus est, spiritu & veritate oportere adorari. Ad hæc, universalis est regula, quæ purum Dei cultum à vitioso

discer-

discernit: Ne comminiscamur ipsi, quod nobis visum fuerit, sed quid præscribat is, qui solus iubendi potestatem habet spectemus.

C A P V T II.

Alterum Christianæ doctrinæ membrum in eo posuimus, dum agnoscit homo, ubinam salutem quærere debeat.

Porro salutis nostræ cognitio his tribus constat.

Proprie miserie sensu.

Christi cognitione.

Solida in ipsum fiducia.

Primus ad sanitatem gradus est, seipsum infirmum agnoscere. Ideo à propriæ miserie sensu incipiendum est, qui adducere nos eousque debet, ut animos despondeamus tanquam mortui. Id autem fit, dum nobis originalis, & hæreditaria naturæ nostræ vitiositas ostenditur, fons malorum omnium. Quæ diffidentiam, rebellionem adversus Deum, superbiam, avaritiam, libidines, & pravas omnis generis cupiditates in nobis gignit,

gnit, quæ nos ab omni rectitudine & iustitia aversos, sub peccati vero iugo captivos tenet: dum sua singulis peccata deteguntur: ut sua turpitudine confusi, cogantur sibi met displicere, seque, & sua omnia, pro nihilo ducere.

Deinde etiam ex adverso, utantur conscientia ad Dei tribunal, ut agnita maledictione sua, & quasi accepto æternæ mortis nuncio, iram Dei horrere discant. Hic inquam primus est gradus, quo ad salutem pervenitur: ut homo in se ipso prostratus, & attonitus, de omnibus carnis præsidiis desperet. Neque tamen adversus iudicium Dei obduret se ipsum, aut quasi obducto callo obstupescat, sed trepidus, & anxius dolore ingemiscat, suspiretq; ad remediū Christū.

Hinc, ad alterum gradum homo surgere debet. Id fit dum Christi agnitione erectus respirat. Homini enim in hunc, quem diximus modum humiliato, non aliud restat, nisi ut ad Christum se convertat, ut eius beneficio à miseria liberetur. Veram salutem in Christo is demum quærit, qui eius virtutem tenet. Qui illum agnoscit unicum sacerdo-

O

tem,

rem, per quem patri reconliamur. Qui mortē eius unicum sacrificiū esse agnoscit, quo expiata sint peccata; satisfactū iudicio Dei, vera & perfecta iustitia acquisita. Hæc enim dilectio Dei erga nos, qua unigenitum filium nobis exhibuit, & in eo iniquitates omnium nostrū posuit, tanta est, ut nullū cor humanum eam capere possit. Et corā oculis Dei tā gratum, acceptum, & infiniti meriti, ac dignitatis Christi sacrificium est, ut nullo modo nos damnare possit, aut velit Deus, modo in Christum crediderimus. Et hæc hostia, seu sacrificium tam præclarum est, ut nullum peccatū possit esse ibi, ubi hoc offertur. Deniq; salutem in Christo is quærit, & invenit, qui inter se, & illum non dimidat: sed merum & gratuitum eius beneficium esse agnoscit, quo iustus coram Deo est.

Ab hoc quoq; gradu conscendere ad tertiū necesse est. Ut qui de Christi gratia, de mortis, & resurrectionis eius fructu edoctus est, in eo solida, firmaq; fiducia acquiescat, ac secū statuat. Ita Christi passionem, mortem, resurrectionem, totum deniq; Christum cum suis donis, &
innume-

innumeris gratiis ita inquam suum esse, ut iustitiā in ipso, vitamq; æternam possideat. Hæc vero sentire, & gustare, ac viva fide tantum Christi beneficium apprehendere, ac ex impetu huius fidei bonis operibus studere, incredibilem piis mentibus consolationem adfert, & illam in Christum fiduciam magis ac magis confirmat, & auget.

In hæc autem tria, ac in Dei cultum nos ducunt, & dirigunt tria alia.

Doctrina.

Sacramentorum administratio.

Ecclesie gubernanda ratio.

Doctrina prima est in hoc ordine, idq; merito, basis siquidem, & fundamentum est partium aliarum, per quam intelligimus Prophetarū & Apostolorū scripta, hoc est, veteris & novi Testamenti libros canonicos. Hæc divina Dei oracula, à Spiritu sancto inspirata, quibus se Deus mirabili cōsilio orbi terrarum patefecit, sunt fundamentum, petra, & basis supra quā Ecclesia Dei ædificata est in ipso summo angulari lapide Christo Jesu: inq; his scriptis plene & perfecte omnia quæ ad

iustitiam & salutem nostram utilia & necessaria, sunt comprehensa. Amplectimur nihilominus tria symbola, Apostolicum, Nicenum & Athanasii, tanquam scripturæ propheticæ & apostolicæ epitomen. Quatuor etiam magna Cōcilia, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Calcedonense, & alia quatenus quidem cum scriptura sacra conveniunt, & quorum dogmata, & decreta scripturis sacris confirmata sunt. Postremo, sub hac doctrina scriptores Ecclesiasticos Orthodoxos, ac S. Patres, Tertul. Cypr. Ambr. August. Hieronym. &c. comprehensos volumus: Sed quatenus ipsi se agnosci, & legi volunt, & sententia eorum testimonium habet scripturæ.

Sacramentorum administratio, Baptismatos, & Eucharistiæ nimirum, in Ecclesia post verbum utilis, & necessaria est. Christus enim illa instituit, ut sint symbola & instrumenta suæ erga nos benevolentia, & meriti filii sui pro nobis depensi. Ac vult ut his summa eius beneficia percipiamus, Remissionem peccatorum, communicationem cum ipso in Filio eius, spiritum rectum, & benedi-

ctionem

tionem eius in omnem vitam nostram,
tum etiam ut invicem ipsum his sacra-
mentis confiteamur, celebremus, & nos
ei totos consecremus.

Ecclesiæ administrandæ ratio potissimū
in his duobus continetur.

*In pio Principe, seu Magistratu,
& fideli Ministro seu Pastore.*

Si enim pius est Princeps & Magistra-
tus, ex animoq; Deo, à quo potestatem
habet, servire sicut fidus servus cupit. Si
minister, & pastor vigil, & sollicitus in mi-
nisterio verbi, ac in instituenda in Cate-
chismo pueritia fuerit. Si hi inquam duo
recte suo officio, & vocatione fungatur,
mutuasque operas sibi tradiderint, faci-
limum erit universæ Ecclesiæ admini-
strationi prospicere, & providere: Pue-
rorum institutioni, Scholæ (seminaria
enim ista sunt & Ecclesiæ & Reipublicæ
ideoque ab utroque diligentissime pro-
curanda) morum correctioni, excom-
municationi ad id vel maxime institutæ,
pauperum necessitati, Eleemosynis per
Diaconos dispensandis, infirmis, hospi-
tali, cantoribus, & aliis Ecclesiæ mi-
niste-

nisterijs : Nisi enim sua constet per verbi ministerium Principi , ac Magistratui authoritas, suus ac debitus honos per Principem, ac Magistratum verbi Ministro & Pastori adhibeatur: Neque hic vitia reprehendere , mores & abusus cum maiestate carpore, neque ille corrigere, & emendare, cum velit, illa facile poterit. Hæc tamen omnia à doctrina emanare , & pendere certissimum est. Regimen enim Ecclesiæ, munus pastorale, & reliquus ordo una cum sacramentis instar corporis sunt: Doctrina autem illa, quæ & rite colendi Dei regulam præscribit, & ubi salutis fiduciam reponere debeant hominum conscientiarum ostendit, anima est , quæ corpus ipsum inspirat, vividum, & ætuosum reddit, ac denique facit ut in Ecclesia omnia rite & ordine fiant. Ac proinde Ministri, Principes, Magistratus, & populus inspicere debent, quos eligant, constituent, & admittant ministros & pastores. Ubi enim fidelis & vigilans est pastor, non modo populus, sed etiam Magistratus, Princeps, Rex, & Imperator ipse, (ut exemplum in D. Ambrosio habemus)

mus) per verbi authoritatem in suo continetur officio, & per illum tota Respublica. Alias ubi doctrina locum non habet, nec vim suam exercet ac exerit verbum, non recta est Ecclesiæ administrandæ ratio, omnia in deterius ruunt, ut antehac, & nunc multis in Regnis magna cum multarum animarum (pro dolor) iactura, videmus. Ut ergo omnia melius dirigantur, & diligentius administrentur in Ecclesia: amplectamur omnes, & summi & infimi gradus homines Dei verbum, non tam brachiis, manibus, & auribus externis, quam interna mente, & pectore, nec ab eo ulla ratione divelli patiamur, illud sicut lux cœlestis omnium mentes illustret, sicut divinus ignis in omnium animis ardeat, ad bona & Christiano digna opera excitet. Sic etenim fiet, ut & recte colatur Deus, & homines cum timore, & tremore salutem suam operantes, sciant, unde salus illis sperandasit. Denique religio Christiana (cuius summam paucis his volumus comprehensam) non solum constabit, verum etiam indies maiores progressus

gressus faciet, ad Christi Jesu Domini
nostri gloriam, cui sit laus, honor
& imperium in perpetuum,
Amen.

S C H O.

SCHOLASTE- RIVM CHRI- STIANVM

seu

Ludus credentium, quo tœdium
horarum seu temporis mo-
lestia abigitur & le-
vatur.



ANNO MDC.XXIV.

CAPUT I.

De commodo & materia huius libelli.

HOc in libro bene instructio datur, quomodo & qua ratione omne tædiū, omnisq; molestia loci & tēporis abigatur & levetur, quod demum ad beatam Christi cognitionem non solummodo extra sed multo magis in nos veniamus. Hoc vero fit, si quidā adducitur per tēporis perpeffionem eiusdemq; proprietatem ad eternitatem, à loco incluso huius mundi ad rationem regni æviteri, ubi nec locus nec situs est, & ab omnibus rebus corporalib. ad spiritualē invisibilē.

Ex hac perpeffione trina vera cognitio videtur, Deum ante creationem operatione, affectione & persona caruisse, & quomodo hoc post creationem de Deo intelligendum sit, quibus quoque in rebus beatitudo constet. Item, quæ sit causa creationis & lapsus in peccatum, utrumque in Angelis & hominibus, quæ tandem sit ratio verbi incarnati, unde conspicitur, quis Christus & Adamus iuxta exteriorē interioremque essentiam, & quomodo Christus sit
princi-

principium & finis creationis, in quo solo beatitudo una cum omnibus divitiis veritatis & cognitione plene invenitur. Idcirco libellus hic utilis est illis, qui in carcere sive eremo soli versantur, quibus locus & tempus molestia est.

Propterea si tempus tibi in tœdium cadit, incipe tunc & perpende, quid sit tempus & temporis proprietas, mox ducis ex tempore ad æternitatem, istam bene inspicere & invenies, quod omne tēpus, omnesque res temporales petant æternitatem, videlicet ad requiē & finem, quo recreationem habeas totius lætitię, amœnitatis & plenitudinis, hæc vero nullibi reperiuntur, in nulla externa lætitia, nisi in ipsa æternitate, quam sedulo anhelas & extra quam, nullam lætitiā, nullam quoq; amœnitatem in omnibus rebus temporalibus invenies. Secundò, si quodam in loco moraris, tœdium & molestiam sentis, tunc alium desideras locum, ex domo in aliam domum, ex civitate in aliam, ex pago in alium, ex officio in aliud officium, ex regione in aliam regionem, &c. Hæc omnia idcirco facis, quod ex innata naturali ratione veram
 implo-

imploras patriam & petis absque ullo tēdio & molestia in summis lætitiis pacifice commorari. Talem vero locum in toto mundo haud invenies, nec hic, nec alibi certam quietem vel veram lætitiā nactus es, nisi fiat in spiritu & veritate. Incipe igitur & contempla locum, eiusdemque proprietatem, principium & finem, perpende etiam machinam mundi, & invenies, illam nullo consistere in loco, sed potius in nihilo super profundum, propterea relinque locum & desideria intercapedinē regni æviteri, tunc extra te nullum invenies locum, idcirco oportet te cōvertere ad veram Patriam, ad Deum in cœlo habitantem, ibi reperies, te, omnesque homines miseros esse exules, cum extra se ipsos amœnum locum possidere sperant, & non amplius cum cœco mundo hinc inde extra te discurrere, sed in temet potius intrare desiderabis, in veram patriam, ad Deum ipsum, in quo tranquillitas, pax & satisfactio reperiuntur.

Tertiò, si tibi molestum est corporale & visibile, tunc agitato illud animo quomodo originem ducat ex spiritali invisibili

fibili essentia, iterumque illuc abeat, et-
 iam si pulchrum sit, omne tamen in ci-
 nerem & pulverem, ut & ipsissimū cor-
 pus tuum transmutabitur. Idcirco omne
 corporale post te relinque & confer te a-
 nimo tuo adspicere sanctos angelos, qui
 nullo modo corporali tēporaliq; muta-
 tione seu auxilio indigent, omnia n. in se
 ipsis sciunt, queunt & possidēt, videntq;
 in perfecta atq; integra requie & beati-
 tudine, eo maxime incumbere & diu com-
 morato in tali spiritali cōtemplatione,
 præsertim desidera æternā Dei essentiā,
 q̄ est & erit carens operatione, volūtate,
 affectu, persona absq; creatura, donec fi-
 nita tali contēplatione ardenti à te ipso
 in oblivionē præsentis abeas, ibi trade te
 Deo in inscitia, tūc in te ipso reperiēs li-
 brū, in quo cūcta vides, legis & agnoscis,
 de quo amplius discurrere non humanū
 est. Ita tœdium horarum & tēporis mo-
 lestiā abiges & levabis, ad te ipsū venies,
 & eris illuminatus, prælustris & omni an-
 gelica cælestiq; sapientia dotatus. Hanc
 recreationē & lætitiā nullo modo inve-
 nies in spectaculis, festiuitatib, negociis
 humanis, nec in libris, nec in omni am-
 nitate

nitare totius huius mundi, et si magna sit externa recreatio, omni tamē metu, miseria & molestia circumdata est, ipsi enim est finis sicuti & principiū, sed interna recreatio absq; fine durans manet in æternum. Utinam pie carcerati & mœrore pfligati hanc lætitiā secum constituere scirent, omnesq; pauperes & in deserto omni spe derelicti hoc ipsum exercere possent, sane id nō daturi essent pro regno quodam vel ipsissimo Imperio.

C A P V T II.

Quid sit tempus eiusdemq; proprietates, & veluti ducat ad æternitatem.

SI forsā tœdium horarum seu tēporis tibi molestum esset, & tamē velles, ut breuissimum tibi fiat, incipe tunc & considera tempus, quid sit, unde veniat, quo iterum deproperet & currat, quæ sit istius proprietates, tunc mox conservaveris, ad originem scilicet in æternitatem. Dato enim imperfecto datur perfectum & simplex, si enim tempus est aut compositum, necessario est etiam imperfectum & æternum. Tempus est mensura motus secundum prius & posterius, seu est duratio successiva à præterito in futurum,

futurum, & essentia seu substantia temporis est ipsum **N v n c** temporis transitorium momentum, illud enim solum possidetur de tempore, sed nō durat nec permanet, subito labitur. Præteritum amissum & elapsum est, igitur non exrat. Futurum nondum habetur, præsens seu ipsum **N v n c** transitorium momentum non permanet. Temporale est, quod toto tempore vel quadam temporis parte mēsuratur, est duratio, successio seu spaciū à principio, vsq; ad finem, vt mundus est temporalis. Temporis principiū intrinsecum est aliquid temporis, licet non aliquod tempus, quod est **N v n c**. Extrinsecum autem est, quod est causa temporis, quod est **N v n c** æternitatis; proximum autem nunc eui, neutrum tamen est aliquid temporis vel tempus: Nullum tempus est extra hodie æternitatis. In die æternitatis seu in nunc æternitatis temporalia sunt intemporabiliter & mobilia immobiliter & composita simpliciter, & differentia & discreta indifferenter, & opposita seu contraria sine oppositione sive sine contrarietate. In Summa lux & tenebræ sunt idem in Deo.

Deo. Temporis esse est ipsum Nunc seu
 præsentia ; nihil enim videtur esse in tē-
 pore, nisi ipsum præsens seu ipsa præsē-
 tia. Fluit enim tempus & ejus fluxus est
 de esse, hoc esse est præsentia seu ipsum
 Nunc. Sicut vere & recte dicitur, quod
 de solo tempore habemus Nunc, neque
 sunt plura Nunc, sed vnum tantum, nam
 Nunc non transit in præteritum ; neque
 de futuro potest dici Nunc, præteritum
 abiit, nec amplius est in præsenti, idcir-
 cò non potest dici Nunc, sive instans, nō
 amplius est, multo minus Futurū. Nunc
 igitur, à quo est, ad quod fluit omne tem-
 pus est essentia seu esse temporis quod
 appellatur hodie seu æternitas seu ipsū
 esse, quo est esse temporis. Sic æternitas
 est locus temporis, ad quem omnia tem-
 poralia contēdunt, sine intermissione.
 Quando enim ad motum respicimus ;
 certe in motu nihil reperimus esse nisi
 quietem, mouetur enim omne mouens
 de quiete in quietem ; sicut tempus de
 Nunc in Nunc, neque sunt plures quie-
 tes, circa quas fit motio, sicut plura Nūc.
 Quies igitur est stabilis essentia motus
 utque ipsum vnicum Nunc æternitatis

P

stans

stans immobiliter, unde omne q^o move-
tur de esse quietis mouetur. Hoc autem
stabile & sempiternū esse motus est qui-
es seu Deus seu æternitas. Duplex est
Nunc seu hodie, unum est principians,
alterum principiatū. Nunc principians
est unum saltem non plura, immobiliter
stans & sine omni successione durans,
non divisibile in ante aut post, aut secū-
• dum prius & posterius. Ex hoc immobili
& simplici Nunc fluit Nunc temporale
divisum in ante & post, in prius & poste-
rius, in præteritum & futurum. Esse igitur
temporis est ipsum Nunc fluens cum
perpetua successione de uno nunc in a-
liud. Solum autem præsens seu instans
esse dicitur, quia vero illa præsentia ma-
nere non potest propter naturā rei mo-
bilis, ideo arripit infinitum iter tempo-
ris per successionem, & eo modo fit vt
continuet euēdo vitam de uno esse in a-
liud, cuius plenitudinem non potest
complecti permanendo. Tempus omne
tēdit eo, à quo fluxit, sc. ad æternitatem,
h.e. omnia mobilia in tempore tendunt
ad quietem, h.e. Deum, & cū pax & qui-
es sint terminus motus non erit pax illa
in

In tempore , cum tempus non sit finis
 motus, sed concurrat cum motu, ut mē-
 sura cum mensurato : sicut mensura &
 mensuratum concurrunt , ita tempus
 cum rebus motis. Nihil est nobis de tē-
 pore, nisi nudum Nunc, præteritum e-
 nim abiit, futurum nondum habemus,
 cum vero nec præteritum nec futurum
 est, & præsens non moratur, quid afferūt
 igitur res futuræ? nisi quod solummodo
 impræteritum transit & nondū veniens
 futurum & intransitorium præsens sit,
 cui solo præterita non abierunt, præsen-
 tia non transeunt , & futura non in præ-
 sentia sunt. Et hoc est, ipsissimum Nunc
 æternitatis, absque principio & fine, in
 se ipso immutabilis, quo omnia tempo-
 ralia desiderant & currunt sine ulla in-
 termissione , idcirco tempus est ipsum
 principiatum , multo magis vero
 constat æternitas, quàm prin-
 cipium , nihil enim
 semet creare po-
 test.

CAPUT III.

Quid sit æternitas, ejusdemque proprietas, & qua ratione tempus & æternitas erga se sentiunt & se demonstrant.

TEmpus originem trahit ex æternitate, iterum desiderat ad ipsam, & cum æternitas sit vacatio & quies, tempus vero sit successio seu mobilitas ab uno in alterum, solummodo hanc ob causam, quò attingant æternitatem, unde sequitur, meliorem esse quietem mobilitate, & æternitas melior sit tempore. Æternitas est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio. Est enim substantia æternitatis ipsum Nunc indivisibile, non admittens præteritum nec futurum, carens principio & fine, in quo omnia sunt vnum & simul. Æternitas eius rei est, quæ nihil aliud est, quam ipsum immutabile Ens & sine partibus, imo est vna singularis & individua, simplex & solitaria mora, in qua neque collectio neque collatio est: & æternitas componitur ab ex vel extra, & terminus, quia extra terminationem posita est. Æternitas quid est, nisi diuturnitas sine initio, ca-
rens

rens omni mutabilitate, quæ nihil constituit secundum id quod est, & secundum esse, nisi nunc stans sub forma omnimodæ immobilitatis? *Æternitas* igitur id quod est, est id quo est nō potest cognosci nisi ex cognitione ipsius Nunc constituentis eam. *Æternitatis* duæ sunt proprietates, quæ maxime participatur à creaturis, sc. incommutabilitas & carentia finis. Est enim aliquid simpliciter incommutabile in substantia, esse, virtute & operatione & hoc ut primo & per se incommutabile est, ut Deus. Est etiam aliquid, per substantiam incommutabile tantum commutabile virtutibus & accidentibus & operatione, ut Angelus, ut anima. *Æternitas* proprie & principaliter dicta habet duo in se, scilicet permanentiam, esse & extensionem esse permanentis, quam facit anima extendens esse sine principio in omne præteritum, & sine fine in omne futurum. Status temporalis est successivus de quiete in quietem, de esse in esse, de nunc in nunc, de præterito sc. manans in futurum, sed status æternitatis est præsentarius: sicut enim tempus respicit præteri-

rum & futurum, ita status æternitatis respicit tantum præsens seu ipsum Nunc indivisibile. Æternitas est in quiete sine omni successione; at tempus est in successivo fluxu & mobilitate perpetua. Temporalia in hoc imitantur statum æternitatis, quod sicut æternitas nūquam deficit, ita infinitus motus rerum temporalium nunquam esse desinit. Et sicut in tempore est dare instans, quod habet quandam imaginem cum æternitate, ita quoque sicut in æternitate aliquid dicitur esse, sic illa dicimus esse quæ sunt in præsentis instanti. Ideo status rerum licet non possit imitari statum æternitatis præsentialiter permanendo: tamen ipsum imitatur suam durationem successive continuando. Tempus est mensura motus secundum prius & posterius, quorum neutrum est in tempore, sed plane in motu cujus terminus à quo cum suis mediis prioribus vocatur prius: sed terminus ad quem cum suis mediis prioribus vocatur posterius: nam quia motus quiddam continuum est, & non in instanti, id est, non in uno momento temporis absoluitur, sed justum requirit spaciū, ceteri-

redi-

te diuiditur motus in partem priorem & posteriorem, sc. in principium & finem. Tempus est mensura motus non in eodem momento, sed secundum prius, i.e. præteritum, & posterius, i.e. futurum cū fluxu suo præsentis, id est, cum momento vel minuto temporis præsentis, quod vocatur Nunc finiens præteritum & incipiens futurum. At æternitas est nūc absque omni priore & posteriore, sine omni successione. Nunc est cōtinuatio præsentis temporis atque actus & substantia temporis; quia momenta continuata sine interuallo sunt tempus ipsum, sunt puncta continuata, sunt ipsa linea. Et rectissime dicunt, nihil sentiri de tempore neque apprehendi, quam momentum, i.e. ipsum Nunc, quia tempus nihil aliud est quam Nunc continuatum fluens cōtinuo suo fluxu. Officiū proprium temporis est mensurare motum quemlibet rei mobilis, & esse in tempore est variari ac mutari tempore, vt omnia corporalia & naturalia. Præterea tempus est causa corruptionis potius quam durabilitatis propter corporum naturalium fragilitatem & mutabilitatē quę mensurat tēpus.

Quod autem duravit longiore tempore, id senescit, & paulatim ad interitum procedit. At æternitas est causa conseruationis & vigoris: æterna enim quia nō variantur secundum prius aut posterius, non senescunt: Igitur anima nostra supra tempus eleuata nunquam senescit, eodem modo Angeli. Æternitas & tempus differūt vt causans & causatum, simplex & compositum, vnum & numerus, efficiens & effectum, ens & vmbra seu imago, &c. Æternitas est à seipsa sine principio & fine. Tempus est ab æternitate cum principio & fine. Æternitas est simplex mora seu duratio absque omni successione: at tempus est mora & duratio successiva, compositum ex multis nunc, sicut linea ex multis punctis continuatis. Æternitas est sine omni motu & corruptibilitate, at tempus perpetuo movetur de præterito in futurum, & corrumpit omnia naturalia.

Æternaliū est propriū non senescere, sed in eodē vigore persistere: temporalium vero est propriū corrumpi & senescere. Quo igitur quid propinquius est æternitati, eo viuacius & perfectius:

Atius : & quo quid propius tempore, eo
 debilius & corruptibilis. Igitur viri cō-
 templativi non ita senescūt, quæ practi-
 ci homines in tempore. Sicut se habet
 ratiocinatio ad intellectum simplicem ;
 ita tempus ad æternitatem. Quod enim
 intellectus simplici intuitu intelligit o-
 mnia penetrando & ambiendo, illud ra-
 tiocinatio per modum discursus succes-
 sive inquit & comprehendit. Sic æter-
 nitas omnia simplici intuitu ambituque
 intuetur simul omnia complectens, ac
 tempus successivo motu singula appre-
 hendere nititur, nihil tamen apprehen-
 dit nisi ipsum Nunc. Sicut se habet gi-
 gnendum ad genitum, ita tempus ad æ-
 ternitatem : nam gignendum influxu &
 motu successive acquirit suas partes, ge-
 nitum simul omnia possidet. Sicut se ha-
 bet circulus ad centrum suum, ita tem-
 pus ad æternitatem : nam circulus est
 mobilis & divisus per partes, sed punctū
 est indivisibile omnia simul & semel in
 se concludens. Sicut unitas se habet ad
 numerum seu centrum ad lineam, ita æ-
 ternitas ad tempus : nam sicut unitas o-
 mnes in se numeros continet etiam in-

finitos, & manet tamen inattingibilis à
 multitudine seu numero: ita æternitas
 omnes differentias temporis simul & se-
 mel complectitur, nunquam tamen à
 tempore comprehenditur; & sicut in
 centro omnes lineæ simul & semel sunt
 unum, ita in æternitate omnia tempo-
 ra unum tempus. Sicut se habet semen
 ad totam arborem, & omnes ejus par-
 tes creseituras, ita æternitas ad tempus.
 Nam semen totam arborem simul & se-
 mel in se occultat, ita æternitas ipsum
 tempus. Arbor est semen explicatum:
 tempus est evolutio æternitatis, sicut se
 habet minutum ad 1000. annos ita
 6000. anni totius mundi ad æternita-
 tem, imo 6000. nihil sunt ad æternita-
 tem collati, cum finiti & infiniti nulla
 possit esse collatio. Ista saltem afferun-
 tur, ut mens contemplatoris eo facilius
 se attollat ad æternitatem, in qua omnia
 tempora sunt unum tempus sine
 tempore, unus locus sine
 loco.

CAPUT IV.

*Quid sit locus & ipsius proprietas, & quomodo
per talem contemplationem ducamur ad
infinitum cælum veramque pa-
triam in nos ipsos.*

SI quodam in loco vitam degis, quem
importunum & tardum esse putas, i-
ta, quòd illum in eum modum mutare,
te etiam alibi conferre desideras, ne tibi
exinde tædium seu molestia, egestas si-
ve indigentia exsurgat. Eam ob rem cõ-
templa causam, quare de domo seu ha-
bitatione ad aliam, de pago ad pagum,
de arce sive urbe ad aliam, de officio ad
aliud, de regno in regnum, &c. deside-
ras, tunc invenies, talem desideratio-
nem in te proinde originem sumere,
quòd ad quietem, pacem & tranquill-
tatem sufficienter pervenias, varix-
que rixæ, altercationes & litigia in-
termittantur. Summa, ut cum omni-
bus tuis rebus & factionibus multo fe-
licior ac melior existas, quàm pristi-
no tempore vixisti, non eiusmodi
quæris locum in quo veluti peregrinus
seu alienigena, sed potius ut in tali ve-
rus

rus civis & incola, ceu quidam in patria sua, habearis. Imò cognoscendi occasionem præbes, te nolle ceu peregrinus ambulare, sed potius in patria, sicut infans in parente suo, domi te continere. Quandoquidem verò nullo in loco totius terrarum orbis talem patriam invenire poteris, & tibi impossibile sit extra te talem possidere patriam, omnis enim homo mortalis ex illa te facile conjicere & dissipare potest, nondum propriam esse tibi patriam, talem oportet habere locum & patriam, ex qua nullus hominum te violentia quadam impellere vel trudere potest, in æternum. Is verò locus, qui extra te tenetur, non invenitur vel possidetur in te, nullus potest homo te ex illo conjicere & dissipare, etiam si sit arx, pagus, civitas vel regnum, attamen grave bellum te ejicere, vel etiam miser homo te regem occidere poterit. Unde expresse concludendum est, quòd cælum, habitatio & Patria vera ne hic nec ibi extra nos quærenda sit, sed in nobis ipsis, ne nos aliquis ex nostra patria trudere vel ejicere queat, quia residet in nobis, & non extra nos, atque consistat

in

in spiritu & minimè in corpore vel corporali habitatione, quò sit perfectum & infragile, quod est ipsum cœlum. Quò igitur ad prædictam patriam vel habitationem eò melius adducaris, incipe cōsiderans, quid sit locus ejusdemque proprietatis, ut in subscripto capite sequitur.

C A P U T V.

De loco ejusdemque proprietate.

Locus est vltima superficies concava corporis cōtinentis locatum, immobilis primo: vel locus est corporalis finis corporis, quatenus suum locatum continet. Sic aeris superficies concava & capacitas aeris ambientis hominem est locus, & aer est corpus continēs locatum, & homo est illud locatum intra aeris cōcavi superficiem, id est, in loco. Sic interior superficies vasis est locus vini, vas est locus continens, & vinum est locatum seu contentum. Spacium seu intervallum sive distantia de uno oppido vel loco ad aliud vocatur locus, sed nō physice, sed non proprie, ut Lipsia est locus fixus seu stabilis, cujus respectu, mobile

sc 2-

se aliter atque aliter habet, ut heri egres-
sus sum Lipsia, &c. Illud intervallum, seu
spacium, quo distant duo plurave cor-
pora, etiam vocatur locus improprie &
non physice. Locum physicum aliquot condi-
tiones recensentur.

- I. Ut locus contineat totum locatum.
- II. Locus sit reuera aliud, quam locatum
ut alia res est vinum contentum, aliud
vas seu locus vini.
- III. Ut locus sit pror-
sus suo locato cōtiguus, & ne latum qui-
dem capillū distet locus à locato.
- IV. Ut
locus æqualis sit locato, ne plus minusve
complectatur locus uno locato, nā alio-
qui vel plures loci vel imperfectus locus
essent, sic templum, forum & similia non
sunt locus physicus, quia semel eodem
momento plures sunt in templo.
- V. Ut
locus habeat suas differentias positio-
nis localis sex, supra, infra, ante, retro,
dextrum, sinistrum: quarum priores duę
differentię sunt in quolibet corpore, po-
steriores tantum in corporib. animalū.
- VI. Ut locus sit immobilis per se fixus &
stabilis: Quia enim locus est superficies
corporis continentis locatum interior,
& superficies est accidens in prædica-
men-

mento quantitatis, sed accidentia non mouetur per se, i. e. suo motu, sed per accidens, i. alieno motu, sc. motu corporis subiecti cui inhaeret. Consequitur igitur locum esse immobilem primo, i. e. non moveri per se, sed per accidens. Si enim motu locali per se moueretur locus, tum huius loci alius locus esset, & sic deinceps juxta regulam catholicam; Quicquid per se movetur, in loco movetur, atque ita progressus fieret in infinitum, quod abhorret natura. Locus ergo proprius est circumscriptio corporis tantum unam rem includens, neque major neque minor corpore locato. Estque loci proprium 1. Continere. 2. Saluare (servare) 3. Circumscribere, 4. Terminare, 5. Immobile esse in se, sed ab ipso & ad ipsum fieri motum.

In naturalibus locus & locatum differunt ut continens & contentum, ut alia res est homo locatus & circumscriptus in aere, & alia res est locus seu aer continens. At in Metaphysicis seu spiritualibus non perperditur locus, imo spiritus non continetur loco, non est locatus, sed potius locus, nec occupat locum ut corpus solet

occu-

occupare spaciū. Exterior sphaera mundi non est in loco, sed locus continens. Sicut enim Deus inter intelligibilia est terminus & finis omnium, ipse tamē interminus, ita inter corpora exterior sphaerarum in nullo est loco, illocalis existens & omnia loca continens, extra quæ nec locus datur, quia nec corpus. Anima non est localiter in corpore ut contenta, sed ut cōtinens corpus ipsum, sic anima non est locata, sed locus ipsius corporis. Sic spiritus seu angelus est cōtinens id in quo est, & non contentus ab ipso, hinc angelus non est localis, sed locus. Quæritur, ubi est corpus tuū? Resp. in anima: ubi anima? Resp. in intellectu seu angelo, ubi angelus? Resp. in Deo, ubi Deus? Resp. nullibi nisi in seipso. Omne corporeum eget loco conservativo, & ille locus est res extranea aliud quoddam sc. quam corpus. At spiritus non eget loco extraneo, nec est in loco, sed est sibi ipsi locus omnem extraneum locum ambiens. Egere extraneo conservaculo & limite externo contineri notat defectum & imperfectionem; igitur omne corpus naturale visibile est imper-
fectum

fectum rebus & spiritualium, nam sine loco esse nequit. At spirituale & supernaturale ens non eget externo loco seu conservaculo sed sibi ipsi locus est, in se ipso omnem locum ambiens. E. Perfecti sunt spiritus. Lex seu conditio est esse contentivum, terminativum, circumscriptivum ab ipso & ad ipsum esse motum naturalem. Lex loci est, sic claudere rem intra se, quod nihil deest & substantia locati in ipso sit alibi vel ubiq; vel in alio. Angelus non eget loco, ut in illo fiat vel sit, sed ut in illo operetur. Angeli quia non sunt quanti, ergo non occupant locum, nec complent spacium, replent quidem locum, sed non occupant, h. e. ita adfunt, ut non obstant alteri corpori vel alii angelo presenti, quin secum sint in eodem loco & sic sunt in loco definitive, & intelligibiliter, & non circumscriptive. Angeli secundum esse, fieri & creari ad nullum locum penitus dependent, sed super omnem locum corporalem est, & si nunquam fuisset locus corporalis, nec esset, nec futurus esset, tamen angeli existerent, & non egent loco externo, ut sint, sed in loco esse dicuntur

definitive, quando ibi operatur. Sic Angelus operans est ibi & non in alio loco, idque tantum juxta congruentiam operantis, qui ex se indifferenter operando se habet ad omnem locum, ambit enim omnia loca simul & semel.

C A P U T VI.

Quod loci proprium sit occupari ex corporis proprium occupare seu complere spacium.

NULLUM corpus est sine loco, sicut nullus locus sine corpore: sic nullus est vacuum in rerum natura. In Metaphysicis vero Spiritus licet sit sine loco, tamen locus nullus est extra Spiritum: Nam Spiritus non sunt in loco, nec possunt circumscribi loco extraneo, cum ipsi sibi sint locus & terminus. Et licet Spiritus non sint in loco, & prorsus sint ab omni loco absoluti, ita ut non egeant loco, aut loco concludantur: tamen nullus locus potest esse absque Spiritu, quia Spiritui omnia loca totius mundi sunt præsentia. Sic animæ meæ licet in corpore sit, tamen locus ultra miliaria 1000. est ei præsens. Ambit ergo Spiritus omnem locum

locum corporeum, non tamē concludi potest loco. Nullus locus est tam amplius & capax, quo Spiritus non sit capaxior & amplior, ita tota machina Mundi non concludere potest unum Angelum, & sic Angeli seu Spiritus omni loco existunt præsentes. Quemadmodum aer siue radius solaris, si totus spiritualis esset, & res cunctas penetraret, sic extāt, apud nos Spiritus. Locus & locatum connaturalia sunt, nullum corpus potest esse sine loco, & nullus locus sine corpore, scilicet intra mundum: nam Mundi machina ad extra in nullo est loco, sed in seipso consistens in gyrum mouetur. At Spiritus est sine omni loco, non enim eget extraneo sustentaculo, ambiens omnia localia & corporalia: at locus non est sine Spiritu, nam Spiritus omni loco præsens est: & licet Spiritus extra omnē sunt locum, & in omni loco præsentes: tamen sua præsentia non occupant locū, in quo sunt, sed replent. Convenit loco omni occupari seu repleri: omnia corporalia sic occupāt locum, ut aliud corpus simul in eodē loco nō admittant: at Spiritus ita sūt in loco præsentes, ut illū nō

occupent. Propter eorum enim præsentiam non distenditur aer aut locus occupatur, ut minus capiat de corpore quam prius. Ut diaboli habitantes in 4. elementis non occupant locum, nec habent loca corporalia, nec impediunt reliquos Spiritus, multo minus reliqua corpora, neque Elementa impediuntur, quod Spiritus ipsis inhabitant. Occupare est implere locum & distendere aerem, vel sic complere spacium, ut alia corporalia non admittantur, nam si hoc contingeret, fieret penetratio dimensionum quæ est impossibilis, duo enim corpora simul in eodem loco esse non possunt. At pluri Spiritus in uno & eodem loco esse possunt, quia spiritualia non occupant loca, sed replent.

In loco esse tripliciter dicitur. 1. Circumscriptive, cum occupatione, ut corpora. 2. Definitive, sine omni occupatione, at non sine repletionem, replet enim Spiritus locum in quo est, sed non occupat, non enim sua præsentia impedit corpora aut alios Spiritus præsentem. Et definitive dicitur Spiritus esse in loco, non quod loco circumscribatur, aut

certo

certo loco definiatur corporeo, (est enim sic in loco, vt sit etiam extra locum) sed quod finita intelligatur substantia, quæ non possit esse interminabilis vt Deus infinitus, sed quod iuxta certum terminum definiatur & in eo loco concludatur, ita vt non sit extra ipsum. NB. Nullus locus corporeus est tā magnus, quo angelus non sit infinites major. Cū igitur tota mundi machina cum sua capacitate angelum nō possit comprehendere, cumque Spiritus non sit in loco, locus tamen non possit esse absque spiritu, sequitur angelum ita esse in loco, vt etiā sit extra locum. Definitive igitur dicitur esse in loco, non quo ad locum corporeum, sed quo ad terminum interminabilem, sic Deus interminus omnes substantias finitas terminat & finit. 3. Repletive in loco est Deus, replendo omnem locū, extra omnem locum existens, sicut inter localia extrema sphaerarum est in nullo loco, & complicat omnia corporalia & localia. Ita Deus est in nullo termino inter intelligibilia & terminat omnia intelligibilia. Sic Deus est terminus seu locus Spirituum omnium, & respectu hu-

jus termini Angeli dicuntur esse in loco definitive, & non ratione termini corpori. Quia autem dicunt; Angelus in Persia non est simul in Græcia, ii scil. saltem perpendunt angelum visibilem corporeum, juxta corpus assumptum, & non juxta veram substantiam angelicam, qui potest esse vbique. Quousq; eorum virtus funditur & efficacia, eatenus terminus eis assignandus est definitive, & quia sic sunt in loco, potius continere quam contineri sunt dicendi. Omne occupās replet occupando, sed non ecōtra, quia multa felicissime replent, quæ tamen nō occupant. Spiritualia & non quanta replent sua loca sed non occupant, quoniā alia non excludunt, nec ipsa quidem corpora. Replere enim occupando est imperfectissimus replendi modus.

Replentium modi. I. Modus: corpora occupando replent & simul ab alio non permittunt repleri, & hæc occupando impediunt pleniorē replentiam, dum alia non admittunt: Omne Corpus occupat sibi spacium seu locum, nec aliud eò admittit, nam suum locum occupatione replet. II. Modus: ut anima ratio-

nalis

nalis replet corpus seu materiam, dum in ipso est, non tamen replet occupādo, nam admittit alios spiritus in vel juxta se plurimos sine impedimento. III. Angelus replet mundum sed non occupat, nam non sua præsētia vel corpora vel alios Spiritus impedit. Spiritus non impedit Spiritum, sicut in corporalibus, cū homo hominem, & corpus alterum impedit. IV. Deus replet universa absque termino, illimitatus & proprio & alieno termino, cujus virtus non potest uspiam aliquando finem capere, cujus tota virtus similiter toti præsēto loco & singulis partibus, qui proinde summe replet, & omnia replet intīme atque penitissime ut nihil non contineat in sese, imo vero ut ipsum replens semper contineat & concludat in se omnia & à nullo concludatur, & hoc est Deus summum bonum.

De Replentia & Successione.

VT occupatio impedit replentiam, ita successio impedit durationem, quo quid magis occupat, eo minus replet, als corp' ist' in loco, occupatur, aber es vermag

nicht mehr zu repliren / als suum locum in quo est jam : at Spiritus est in loco reple-
tive sine omni occupatione. Successio
in tempore & in aliis mensuris sic impe-
dit durationem rei, sicut occupatio quã-
tũ impedit replentiã: nam corpus locum
aliquem occupãdo impedit, quo minus
ab alio simul repleatur, sicque impedit
replentiam corporeæ quantitati anne-
xa occupatio. Unde, quo quid magis re-
cedit ab occupatione, eo perfectius re-
plet. Lumen enim maxime replet, quo-
niam replendo non impedit id quod re-
plet, quo minus ab alio pariter replea-
tur. Unde spirituales substantiæ, quæ
nec extensionem admittunt magis re-
plent, quam Sol corporeus. Solis enim
splendor est sensibilis & corporeus. Deus,
qui longissime recedit ab occupatione
maxime & felicissime replet juxta Pro-
phetam: Nonne cœlum & terram im-
pleo, &c. Adeundem sane modum illa,
in quibus plus est successione, minorem
habent durationem, quæ vero amplius
recedunt à successione, ut omnia ævi æ-
terna, magis durant temporalibus. Id
vero quod in infinitum omnem succes-
sio-

sionem effugit & excludit, in infinitum super omnia durabile est, totum suum esse simul habens, & totam durationem suam in æternitate præsentem tenens & possidens eodem modo, sicut temporalia suum instans tempus præsens habent, unde fit ut Deo nihil nisi esse conveniat, fuisse autem & fore in illo non sunt: quam balbuties nostra, quæ æternitatē nequit attingere, sic de Deo ut de temporalibus subinde loqui solet, quod & a libi contingit, ubicunq; de illo magnum quippiam loqui volumus,

C A P U T VII.

*De corporalitate & spiritualitate, ubi confer-
tur locus & locatum tam intus
quam extra.*

NUllum corpus est sine loco, sed eget necessario externo conservaculo. Locus igitur est continens & locatum seu corpus est contentum. Et sicut nullus locus est absque suo loco conservativo, hinc fit, quod omnia corporalia & naturalia egeant fulcro seu sustentaculo extraneo, at spiritualia non sunt in loco, nec egent loco seu conservativo, sed i-

Q 5 . pfa

ipsa sibi sunt loca intra seipsa. Et licet Spiritus sint etiam in loco, tamen illum locum non occupant more corporaliū, sed saltem replent sua præsentia; ita ut nec corpora nec alios Spiritus præsentes impediunt. Spiritus possunt esse absque omni loco, sicut fuerūt ante conditum mundum & futuri sunt post mundum destructum: at locus non potest esse absque corpore & absq; Spiritu, nam Spiritui omnia loca sunt unus locus: Omnia enim loca totius mundi sunt præsentia in conspectu Spirituum. Replet ergo Spiritus omnia loca sine omni occupatione seu impedimēto corporaliū: non tamen Spiritus concludi potest locali & corporali termino. Nihil est magnum inter corpora, quo Spiritus non sit duplo maior: & nihil est tam parvum, in quo non sit Spiritus vel quod non penetret Spiritus. Sicut ergo corpus requirit locum conservativum: ita Spiritus nō eget vllō loco extraneo, sed sibi ipsi locus est, habitādo intra seipsum, & sic intra se habitans vnico ictu omnia loca ei sunt præsentia, replet tamen sua virtute omnia loca, ita ut nullus locus sit expers Spi-

Spirituum. Hic nota de diabolis, qui co-
 acti sunt in locum corporeū, nam extra
 mundum non est diabolus, & maximus
 est cruciatus illorum, quod ita coarctati
 sunt in 4. Elementa. Item notandum,
 quod Spiritus & Spiritus possint esse ju-
 xta se & in se, vt Spiritus hominum pio-
 rum & diabolus sunt iuxta sese non in se.
 se. Veluti radius solaris se per totum ex-
 tendit orbem & iuxta nos permanet, sic
 etiam versantur Spiritus iuxta nos, cir-
 cum nos & apud nos, non detinentur à
 corporalibus, sine ullo impedimento,
 transeunt per ferrū, muros, vestimēta &
 corpora nostra, versantur ita iuxta spiri-
 tum nostrū, vivimūs. n. in Deo per fidē,
 nec nocēt nobis, in diffidentia autem nō
 amplius iuxta nos degunt, sed etiā in no-
 bis & nos in ipsis, &c. Ibi congregat se
 Spiritus cum Spiritu, & non amplius di-
 citur iuxta, sed in. Sciēdum quoq; est, q̃
 aliter corporalia sint in loco & aliter spi-
 ritualia. In corporalib. est dissimilitudo
 & magna diversitas naturarū, at in spiri-
 tualib. & similitudo & facilima assimila-
 tio entiū. Nā in corporalib. aliud est cō-
 tinens locus & aliud contentū, locatū, ut
 aliud

aliud est vinum in vase, & aliud vas, aliud est cerevisia, & aliud est cantharus cerevisiam continens. Nec possum dicere. Vas est in vino, sicut etiam vinum in vase, seu cantharus permanet in cerevisia, velut cerevisia in cantharo, eam ob causam, aliud est locus continens, & aliud est corpus contentum. In spiritualibus verò non ita se habet, sed spiritus & spiritus facillime congregiuntur sine omni metu locali, in voluntate tantummodo situm est, ut, anima nostra est Spiritus, & Deus est Spiritus. Si anima est in Deo, & Deus est in anima, sunt enim ejusdem naturæ. Ita loquitur Christus: Ego sum in patre, & pater est in me, & ego & pater unum sumus. Item ego sum in vobis, & vos in me. Ioh. 14. Nos sumus in Deo & Deus in nobis, Spiritus sanctus est in me, & ego sum in Spiritu sancto. Hoc verò benè sit notandum, etiamsi in spirituali unum in altero est, facit tamen, juxta & in, differentiam. Videlicet Diabolus est juxta credentem & credens juxta Diabolum, nullusque credens est in Diabolo, nec ullus Diabolus in credente, licet eorum Spiritus sint

sint juxta sese. Sic etiam Lucifer & Deus juxta sunt & non in, Diabolus enim non est in DEO, & Deus non in Diabolo. Propterea Deus & Diabolus non unius sed contrariæ sunt voluntatis. In voluntate solummodo situm est & non in Essentia ac Spiritu. Item, Christus est juxta Diabolum, & Diabolus juxta Christum, atque sunt adversatores & non unanimi, intellige, secundum Spiritum, & non secundum corpus, nullum corpus enim impedit Diabolum nec extra, &c. In malo autem homine & incredulo, non amplius extat juxta, sed potius intra, in malo est Diabolus, & malus in Diabolo, sic ambo sunt unanimi, & omne situm est in volūtate & non in Essentia. Ex hac contemplatione agnoscis expulsionem ex Paradiso, & quod non fit ratione loci, sed ratione aversionis voluntariæ. Lucifer voluntarie cecidit ex Deo sive à Deo, & non secundum Essentiam, bona enim Luciferi Essentia permansit, etiam in Deo, quia extra Deum nec Angelus nec Diabolus vivere seu esse potest, voluntas ipsius est mala, fragilis & perversa, adeo quod non amplius

in paradiso cœlesti, in beatitudine æterna existit, nō est unanimitas cum Deo, sed contra Deum omnib. in rebus & factiōnibus. Sic etiam expulsus est Adamus de horto & mansit tamen in illo juxta corpus, quia avertebat se à Deo ad seipsum, & hoc fiebat per voluntatem. Ita dicitur secundum Spiritum juxta, non amplius in, donec semen mulieris contrahat caput Serpentis, donec voluntas plenè intermittatur, tunc Deus ipse iterum homo est, & permanet Adamus in Deo, & Deus in Adamo, uterque unius sunt voluntatis. D E U S quidem est in omnibus, & permanet in omnibus ante & post lapsum, permanet etiam verbum, lux & vita in cunctis rebus simul & sine differentia, sed ante renascentiam nō cognoscimus voluntatem Dei, nec scimus quid sit Christus, qui verò est sine Christo, ille non est unanimitas cum Deo, neq; permanet in Deo, sicut Deus in illo, nō vivit in Deo, sicut Deus in illo, non collucet in Deo, sicut Deus in illo collucet, non diligit Deum, sicut Deus illum, non quærit Deum, sicut Deus illū quærit, non invenit Deum sicut Deus illum,

lum, non nascitur infans Dei, sicut Deus
 filius hominis nascitur, non dat se Deo,
 sicut Deus se illi. non Deo se finit integrū
 ac totum, sicut Deus se illi integrū ac to-
 tum finit. In Sūma, si homo propriæ suæ
 voluntatis vivit, tunc est absq; fide, absq;
 Christo, absq; Deo & absq; beatitudine,
 Deus fit illi inimicus, mors, tenebræ &
 condemnatio, cum tamē vellet & debe-
 ret illi esse amicus, vita, lux & æterna bea-
 titudo. Hoc fit sine ansa Dei, solus aver-
 sus homo se ipsum condemnat. Rena-
 scentia verò est opus Dei, id nō facit na-
 tura, sed gratia, oportet mori, oblivisci &
 remorari: non enim est volentis aut cur-
 rentis, sed misipientis Dei. Hæc voluntas
 ne veniat ex carne, sanguine, neq; volū-
 tate viri, nec propriis viribus, sed absq;
 medio ex Deo, ut Iohannes testificatur.
 Si fitum esset in creaturarum volūtate,
 tunc omnes Diaboli & cōdemnati nihil
 aliud vellent, nisi beatitudinem. Idcirco
 renascētia solummodo fit in infantibus,
 &c. absq; ullo tuo velle, scire, agnoscere
 seu sentire, natura omninō nihil scit, ut
 veritas testatur, & Exēplum pbat de vē-
 to, audis illius susurros, sed nescis unde
 veniat

veniat vel quo vadat, h. e. sentis quidem renovationem in tuo Spiritu, sed tu per tuam voluntatem, scientiam, sensum & tactum id non operatus es.

C A P U T VIII.

De loco & infinitudine, & qualia corpora habituri simus in vita eterna.

LOco proprium est occupari à corpore, conservare & continere, non autem contineri. At infinitudinis, abyssi proprium est, non obsideri aut occupari corporibus, quia ibi nec terminus, nec locorum distantia dari potest: Et licet abyssus infinitudinis non sit corporeus locus ut terminus, nec ullū corpus possit reperiri in ista infinitudine, tamē mundi corpus maximum existit & est nullibi, quia nec hic nec ibi mundus est, & tamē est & erit usque ad finem temporis seu destructionis corporalium. Mūdus quidem nec sursum nec deorsum est in loco quoad extra: est quidem in abyssu infinitudinis in nullo loco consistens, magis in seipso consistens, habendo sedem in seipso. Deus in nullo nisi in seipso habitat.

tat. Mundus nullibi nisi in seipso volvi-
 tur. Locus enim est intra mundum & nō
 extra mundum. Omnes locales orti sunt
 ex non loco, id est, ex infinitudine abyf-
 si, vbi nec hic nec ibi datur inveniri.
 Hinc conspicitur, omnia localia ad qui-
 etem properant, & omnis motus fit pro-
 pter quietē, sed non prius accedere pos-
 sunt ad quietem seu abyssum, quam lo-
 calia & moventia desinant esse mobilia
 & localia: exempli gratia, mundi machi-
 na movetur motu circulari, in seipsum
 voluitur, nam de loco ad locum moveri
 non potest, quia extra mundum, nec hic
 nec ibi est, circumgyratur igitur in sei-
 psum, & hoc motu suo expetit quietem
 seu finem, abyssum infinitudinis, sed nō
 prius poterit reuerti ad pristinū statum,
 quam penitus desinat esse & annihilari.
 Verum ergo est, mundum corporeum
 redigi in nihilum per ignem & plane cō-
 sumi, quo annihilato omnia corporea &
 elementalia erunt sublata, & erit ut ante
 fuerat, nempe Spiritus Dei super aquas,
 omnes beati habitabunt in Deo & Deus
 in illis. Omnes corporales orti sunt ex
 Spiritu. Iam corpus est imperfectum,

R

spiri-

spiritus vero est perfectum, dato imperfecto necessario datur perfectum. Corpus est in spiritu, & Spiritus est in corpore, ita tamen ut corpus extra locum non possit esse, Spiritus vero etiam esse potest sublato corpore & loco, sicut erat in Deo æternus. Corpus eget loco conservante & continente, nam nullum corpus potest esse extra locum. Locus autem conservativus & cōtinens est res extrinseca, ut patria, ut domus vel aer, &c. atq; extra me est, potest mihi eripi, quod mihi eripi potest à quolibet, nō est proprium meum. Ergo locus seu externum conservaculum non est vera patria seu quies. Cum ergo omne extraneum extra me sit, & non intra me ipsum, certe non corpus meū erit mihi quies seu patria, cum mortalis quisq; possit illud necare, sed Spiritus erit mea patria seu quies, quando ad me ipsum reversus ingredior penetralia Spiritus mei, tū possideo patriam & quietem intra me ipsum. Omnia corporalia tendunt ad patriam, ad quietem, & omnis motus corporalium nullam aliam fit ob causam, quam ut desiderant & expectant Deum, quietem seu regnum

regnum Dei, q̄ est meta seu finis rationaliū, sed dum extra se q̄runt illam, hic aut ibi certe nunquā inveniūt, nec in mundo, nec extra mundū. Sublato ergo mūdo visibili & omnib. elementis collūtur omnia corporalia & localia, & sic redibit abyssus pristinus: Tū non ad tūt corpora nec beatorum nec damnatorum: Resurgemus quidē corporibus, sed non naturalib. nec visibilibus nec palpabilibus, sed supernaturalibus, invisibilibus, spiritualibus, incorruptibilib. Si enim nobis essent corpora naturalia & palpabilia, tū magna sequentur incommoda & absurda, egeremus sic elemētis & locis extraneis, forent intervalla: Non naturale, cōprehensibile; visibile corp⁹ sed naturale, spirituale, invisibile & deificatum corpus aderit, quod tam clarum est, ut illud nullus mortalis oculus adspicere poterit, veluti corpus Christi, q̄ per muros transit, nec ullo externo loco indiget, se ipsum vero corporalē & visibilē facit, quādocunq; voluerit. Pseudo Theologi nolunt Paulo cōcedere, asserēti, nos habituros in vita æterna deificatū corp⁹, seu spirituale, invisibile, impalpabile.

R 2

Christi

Christi corpus est super naturale, expert
 omnis elementi & elementati, clarifica-
 tum, spirituale, deificatum: Deificatum
 enim corpus nihil aliud est, nisi clarifica-
 tum, spirituale corpus. Similes erimus
 Christo, viventes sicut Angeli. Caro
 mortalis & sanguis Adamiticus non pos-
 sidebunt regnum cælorum, carnē oportet
 esse extra Christum, quò sit immuta-
 bilis & cælestis caro, incarnata ex Spiri-
 tu sancto. Si habituri essemus carnem A-
 damiticam, seu corpus naturale, seu o-
 culos, & aures, nares naturales, item pul-
 monem, jecur, &c. tunc egeremus respi-
 ratione externa, item, egeremus fulcro
 seu sustentaculo extraneo, & sic non o-
 mnia possideremus intra nos ipsos. Et
 hoc esset contra æternum regnum, con-
 tra divinam & naturalem lucē, nam quia
 sapiens in hoc mundo patriam suam in-
 tra seipsum possidet, omnesq; res secum
 gerit, sicut Angelus in cælo, cum adhuc
 loca sint in hoc mundo: Multo minus a-
 liquid in altera vita quæremus vel indi-
 gebimus extra nos, sed omnia intra nos
 possidebimus cum Deo. Non enim hic
 aut ibi videbimus Deum, sed intra nos
 ipsos

ipsos contemplantur ipsum à facie ad
 faciem incomprehensibiliter tamen, ut
 beatitudo careat fine omni. Oportet
 esse deificatum, clarificatum & spiritua-
 le corpus, ut nullum spacium nec inter-
 vallum locorum maneat. In Spiritu o-
 portet Dei regnum constare intra nos,
 & non in corpore extra nos. Tale cor-
 pus in cœlo mihi non optarem, quale
 nunc habeo, quod indiget cujusdam, i-
 tem, quod per respirationem respiraret
 & omnia membra, pulmonem, cor, ex-
 ternos oculos, aures, nares sentiret, to-
 tus animalis homo non aderit, sanguis
 enim & caro nō possident regnum Dei,
 non locuturi sumus ad invicem per lin-
 guam, ibi nec est aer, nec vox extranea,
 sed velut Angeli inter sese loquuntur abs-
 que linguis, absque extranea voce, sic et-
 iam nos & non aliter: seu quid opus est
 multis verbis ad invicem, tamen non est
 corpus, quod ad alterum dicturus eram,
 id antè sciebat ex Deo in se ipso, nam
 quisque audiet Deum in se loquentem,
 neque indiget, quod aliquis illi aliquid
 annunciat: nam in æternitate non erit
 tempus, omnia nota erunt simul. Deus

omne erit in omni, quid igitur vellemus multa loqui ad extra per audibilem vocem, nam vox audibilis fit percussio aere, &c. aer autem & omnia elementa erunt sublata, &c. Nec oculis externis opus est: Nam non extabit sol corporeus aut ulla lux corporalis, esset enim summa imperfectio, sed Deus ipse erit sol intra nos & non extra nos; nec videbimus ab extra huc aut illuc, sed intra nos cōtemplabimur Deum, qui est omnia, estque sine loco & termino, & in Deo omnia videbimus sine fine. Nec naribus opus est ut aerem hauriamus, quia nullus erit aer, esset enim summa imperfectio aliquid ab extra attrahere aut expectare, sicut impii qui non sunt domi excruciantur perpetuo, nam ad patriam nunquam possunt pertingere in æternum. Non opus erit progredi de loco ad locum, nam esset imperfectio moveri huc & illuc, sed intra se quisque expectabit Deum in vero Sabbatho, in nullo loco extra nos invenitur regnum D E I seu D E U S, sed in Spiritu intra nos ipsos. Si quæris corporalem locum extra te, & opinaris, te velle perfectionem, recrea-

tionem seu beatitudinem invenire, tūc teipsum non noscis & ignoras veram patriam. Attamen hic visibilis mūdus nullo est in loco, sed in se ipso natat, omnia habet, & extra illū nihil est, quare enim velles patriam tuam quærere & possidere in extraneo loco extra te. Regnum igitur Dei est prorsus illocale, sic Angeli nihil quærunt extra seipsos, sed intra se habitando possident omnia, sicut Deus intra seipsum habitans est sibi omnia.

Omnino nullam sufficientiam & beatitudinem extra te invenis, nec hic, nec ibi, neque in Europa, Asia aut America, neque in civitatibus, arcibus seu ædibus, nec in mulieribus, vel infantibus, non in Muscis, cantibus, citharis, & benè sonantibus instrumentis, non in festivitatis, non in vino, non in libidine scēminea, nec in pompa vel honore regio, nec in saltationibus seu lusibus, non in poesi sive libris historicis, neque in scriptis aut in toto mundo, sed solum in D E O, in te ipso & non extra te. Si non omnia loca unus esset locus, & paria essent, sed in uno loco multo magis læticias & amœni-

tales quidam quæreret, quam in altero,
 ille nescit, ubi sua sit patria, ignorat sci-
 psium & regnum Dei, in vera patria, in
 me ipso non perperditur terminus à quo,
 & terminus ad quem, nec ullus partium
 situs corporeus, supra, infra, ante, post,
 sicut mundo stante fieri & considerari
 solet, sed est quies & eternitas, ubi unum
 sen Deus in me fit omnia, ubi nulla fit a-
 ctio aut operatio vel motus: nam veni-
 ente perfecto annihilantur partes. Et
 hæc est etiam causa, cur nec Deus nec
 Angeli, nec beati quicquam operen-
 tur, quia nulla est indigentia. Quo quid
 intimius sibi, eo perfectius, absolutius
 & beatius. Si poteris ingredite ipsum,
 tunc venis in patriam: propinquum est
 mihi vestimentum, sed corpus mihi pro-
 prius vestimento, etiam si finerem vesti-
 menta, si tantummodo cum Iohâne nu-
 dus abirem, corpus enim mihi charius
 est omnibus vestimentis: quid quæso
 mihi prodesse vestimenta vel domus,
 si non haberem corpus, sicut diabolo ni-
 hil prodest externum. Corpus mihi est
 propinquum, anima vero propior cor-
 pore, quid quæso est corpus sine anima?

Licet

Licet mihi cum Christo & Paulo corpus interficeretur, sit tantum anima salvor. Christianus dimittit corpus, sed non animam. Anima mihi propinqua est, Deus autem propior illa, quid prodesset mihi anima sine Deo hospite? me ipsum odisse faciam & dimittam, quò Deus mihi omnia fiat & maneat. Qui non potest odisse animam suam, condemnatus permanet. Quid est infernus Luciferi & damnatorum aliud, quàm amare seipsum, & querere seipsum, &c. ut sapienti bene patet.

C A P U T IX.

De spiritualitate post destructum mundum, in qua est vel Cælum vel infernus sine loco extraneo.

EX præcedenti capite obiici potest hoc modo: si in spiritualitate est cælum seu patria vera, & non in corporalitate, tum forte Diaboli ut spirituales habebūt veram patriam in seipsis in inferno, quia non extraneo conservaculo egent, sed intra seipsos habitant ut angeli, & sic forte vera patria erit quoque inferni cruciatus? Resp. Diaboli & omnes

R 5 da-

damnati habent veram patriam seu cœ-
 lum in seipsis, sed non sunt in patria seu
 cœlo, sicut cœlum in ipsis est, nec vnquā
 possunt intrare illud, donec sibi ipsis nō
 valedicunt. Spirituales creaturæ desti-
 tutæ (mundo sublato) corpore habent
 quidem sedem in seipsis, sed nesciunt
 quærere & invenire patriam in seipsis,
 deest illis Christus, in quo omnia, per
 quem omnia & ad quem omnia. Verum
 quidem est in extraneis nulla patria seu
 cœlum invenitur, hoc est, extra nos nulla
 beatitudo datur, sed in nobis ipsis est re-
 gnum seu cœlum seu patria. Et licet dia-
 boli & omnes damnati careant corpore
 visibili palpabili, ita vt non quærant in
 externis, sicut mundani impii, tamen
 dum hærent in seipsis & quærūt seipsos,
 adhuc certe in extraneo nituntur possi-
 dere salutem seu patriam. Nam Deus
 solus est intimus & centrum omnium,
 creatura per se sibi relicta est extra. Igi-
 tur creatura dum seipsa nititur, non ma-
 net in Deo, sicut Deus manet in ipsa. Ex
 his patet, quid sit cœlū vel esse in cœlo, &
 quid sit infernus & esse in inferno. Cœlū
 seu vera patria non est locus extra nos,
 hic

hic vel ibi, nec in hoc mundo, nec extra mundum, Christus seu cœlum seu regnum inveniri potest. Antichristus fingit cœlum Christum seu veram patriam, sive regnum DEI, sive paradisum, ad certa loca, personas, ceremonias, externos ritus, & post mundum destrutum refert nos ad conclave ubique seu locum conclusum, vel supra sphaeras cœlestes, ubi fingit Christum corporali sessione certo loco contineri & occupare aliquod spacium suo corpore non spirituali, non clarificato, non Deificato, sed corpore naturali, visibili, palpabili, tangibili, &c. At res ita se non habet. Christus enim in certo loco non alligat, sed sicut pater est nec hic nec ibi in nullo loco, ita & filius est in patre in nullo loco. Christus primogenitus & caput Ecclesiæ tantum venit in testimonium veritatis ut introduceret hos externos homines: Hunc Christum Antichristus agnoscit secundum carnem, secundum terrestrem Essentiam, quibus vult & debet agnosci, scilicet ut Deus in nobis fiat omnia, & nobis-ipsis demoriamur, Deusque in nobis vivat: & hoc dicitur,

Chri-

Christus, & nihil aliud, hunc oportet te expectare & querere, externus Christus posthac tibi non utilis est. Testificationis, Formæ, Archetypi & Introductionis gratia, quo peccatores simplices confirmantur & instituantur de reconciliatione cū Deo, alioquin mundus nō credidisset, Deus omnes homines beatos voluisse per fidem. Antichristus adhæret merito, morti & passioni Christi externi, sinit primogenitum pati, mori & omnia efficere, illè verò non cupit adesse, sed arripit ceremonias, quæ debent peccata eradicare, &c. Qui igitur in Christo vivit, ille est in Patre vel vera patria, in cœlo sive regno D E I, & sic est Deus seu cœlum in ipsis, nec hic, nec alibi, sed tantum in Spiritu. Et hoc dicitur vera beatitudo, seu cœlum, seu vita æterna, ubi me Deo trado & admitto, velut Deus se mihi tradit & admittit, ubi Deus in me omnia fit, tunc sum in cœlo & cœlum est in me, tunc sum in Deo & Deus in me, tunc sum in patria & patria est in me. Hoc appellatur Christus, si Pater omnia fit in me, hoc dicitur Pater & Filius & Spiritus Sanctus, Deus enim ipse.

ipsemet est Pater, Filius & Spiritus sanctus: &c. Sic est intelligendum de Trinitate, & non aliter, nisi quod Deus unus sit & maneat secundum Essentiam, trinus vero in persona erga nos, &c. Sic etiam infernus non est locus extraneus seu aliquod conclave, sed quisque infernum habet in se, non extra se. Est ergo infernus nihil aliud, nisi, quando damnati sibi ipsis relictī Deo destituuntur, semper extra se quærendo & nunquam ad quietem perveniunt: vermis enim conscientia nunquam morietur. Privati ergo summo bono & tamen intra se gerere est cruciatus maximus & hic est infernus, quando quisque à se affligitur, & à se captivatur, nec per Christum liberatur.

C A P U T X.

De inferno & celo hoc tempore.

CUm scribitur Scholasterium, quod tedium horarum seu temporis vel loci, omnisque actionis molestia abigatur, levetur & depellatur, pariter ad hæc notandum est, hominem hac vice non semper posse tedium abigere, etiam si

præ se sumat, quid velit, sæpius etenim tibi occurrit, & tædet te omnia utilia perlegere vel auscultare sive commemorare, si vero contra voluntatem tuam hoc faceres, certè tantum in tædium, molestiam & fastidium venires, quod etiam nihil te refocillare vel recreare poterit, licet sit in cælo sive in terris, ibi non valet hoc Scholaſterium, ibi non juvat contemplatio æternitatis & temporis, ibi nullas habes lætitiæ adſpicere Angelos inviſibiles, ibi non reficiunt te libri utiliſſimi, nec feſtivities, nec ſocietates, non Muſica, non Inſtrumenta, nec cibus, nec potus, ibi capis nec dormire, nec vigilare, non vivere neque mori. In Summa, quæcunque facis, nullam invenis conſolationem, nec amœnitatem, nullum gaudium, neque recreationem. Putas etiam, nunquam te poſſe hoc exire tædio, itaque tædet & vivere & mori, atque omne quod incipis, tibi moleſtia eſt, & non immerito dicitur infernus, ſive adſpectus inferni, ubi nulla dulcedo ſeu conſolatio, nec erga Deum, nec creaturas, invenitur. Sæpius vero & vice verſa

sa probat tempus, hoc Scholaſterium tibi ſanè utile eſſe, nam tenuiſſima creatura ducit te ad Deum, comparans tibi jucunditatem & gaudium, quoniam deſideras à tempore ad æternitatem, à loco ad abyſſum, ab entibus ad infinitum, & ibi eſt tota jucunditas, recreatio & amœnitas: tu vero ſi adſpicias herbas, arbores, ſtellas & Solem, tunc mox ducris ſupra te ad machinatorem ſummam cum jucunditate & recreatione.

Item, omne quod legis, affert tibi penetralem lætitiã & gaudium, quodcunque contemplaris & deſideras, ad id recreationem reperiẽs, tuaque intelligentia omnibus illuminatur in rebus, quod etiam opinaris, te integros velle libros de his edere.

Putas etiam, in tanta contemplatione & penetráli jucunditate, impoſſibile eſſe, uſquam te ſemel illinc venire ſeu avertere velle, impoſſibile quoque eſſe, cadere quendam poſſe in diſcommoditatem conſolationis, tædium, amaritudinem ſeu mœſtitiã, dilucide enim agnoſcitur, quomodo Deus tam copulatus, ita benignus

& prę-

& præfens fit , quia demonstratur ,
 quod ratione prædita creatura D B o
 sit similis omnibus in usibus & superna-
 turalibus donis , imò videtur , impossi-
 bile esse, unquam; tadium habere lectu ,
 contemplatione, circumspectu creatu-
 rarum , consideratione temporis , æter-
 nitatis, causæ, creationis, lapsus , quòd
 Deus factus sit homo & ejusmodi; hoc
 vero possibile est , nam post æstatem re-
 dit hyems , sicut etiam post hyemem
 mœstissimam splendor solaris recurrit.
 Hanc hyemem & æstatem benè perpen-
 dat homo, ne ulli nimis multum faciat;
 sed potius se patientem exhibeat, donec
 tempestas turbulenta transeat. Tanta
 sæpius ingreditur hyems , quod etiam
 cor totum torrefacitur, nullamque con-
 solationem invenit, neque in Deo, nec
 in creatura, nec lectu, nec contempla-
 tione, imò tam aspera hæc hyems inter-
 dum procedit, quod multi nesciunt, an
 credendum, vel quid faciendum aut in-
 termittendum sit, tunc discitur fides in
 tanta incredulitate, & vita possidetur
 media in morte, & cœlum in inferno, si
 tantummodo nullus ab eo exsurrect,

sed

et potius confisteret, Deumque expectaret.

Hoc Caput idcirco apponitur, quod hortemur, quomodo à Deo omnia habent sumi, dulcedo, amaritudo, penalis lætitia & consolatio, dare & auferre, quod etiam non semper possibile sit,emptus & tædium horarum abigere, quod notificetur, quod beatitudinem nobis nec dare nec auferre queamus, sed Deo solo expectanda sit. Omnis contemplatio, lectus, desideratio, omneque studium, rebus in divinis, pulchram præbet instructionem, variamque & amœnam differentiam, conficit expolitos, solertes & ingeniosos homines, ducit etiam & monstrat ad beatitudinem viam, sed non operatur atque non donat beatitudinem. Deus ipse solus operatur in permissa permissione. Sic Deo solo permanet gloria, illum solum decet, & non creaturam, non nostrum currere, velle seu operari. Hominem oportet mori, si Deus in illo vivere debet, illum oportet tacere & quiescere, si Deus loqui & operari debet, Deus enim vult omnia in omnibus esse. Deus colissimus residet in

lumine, ad quod nulla creatura pervenire poterit in æternum. Propterea cum creatura disputat, operatur, vult sive currit, non potest illuc venire, Deus est lumen absq; aditu, & dum adhuc aditus fit, nōdum illuc venit, quā primū autem creatura in semet desperat & desinit, tunc ingreditur infinitum, Deus fit omnia in omnibus, & perfectio est perfecta. Si aliquis hocce in Scholasterio se exercet, ille venit ad lumen & cognitionem, quod etiam reliqui homines abhorrebunt, & sic desinent omnes rixæ vanitate circumdatæ de libero arbitrio, de justificatione, & de ceremoniis, & fides nostra sancta nullam calamitatem sive damnum posthac sentiet, nec erit amplius tenebrosa seu dimidiata per Antichristum.

F I N I S.

